

De aeterna Christi generatione. Num. 6.

Quate Christus est filius naturalis Dei Patris? Resp.
Quia ab illo ab aeterno genitus est.

Art. 1. n. 2. Per quam actionem Pater genuit Filium? Resp. per generationem.

Artic. 9. Hec generatio est operatio intellectus, an voluntatis?
Resp. Intellectus.

Ibidem. Quare productio, que sit in Deo per intellectum, dicitur generatio? Resp. Quia in tali productione res producta exprimit similitudinem producentis.

S& art. 2. 9. Quid est illud, quod intellectus in sua cognitione producit? Resp. Verbum.

Artic. 9. Num. 9. Quomodo generatio Fili cum productione Verbi similitudinem habet? scilicet mens humana cum cognoscit aliquid, exprimit similitudinem illius. In cognitione enim sic assimilatio inter intellectum, & rem intellectam; producit enim intellectus effigiem vel imaginem rei intellectae, quae imago, vel similitudo dicitur conceptus, seu verbum mentis. Cum ergo mens cognoscit seipsum, exprimit effigiem, vel imaginem, vel similitudinem sui, que dicitur Verbum. Cum ergo Deus Pater seipsum intelligit, verbum aeternum generat, & hoc a sancto Iohanne filius appellatur. Valde enim diversa est operatio Dei seipsum cognoscens, & operatione humani intellectus. Divinus enim intellectus substantia, & infinita est, ideo eius operatio est perfectissima, & talis ut productum per ipsum, non accidens, sed substantia sit, in Deo enim accidentia esse non possunt.

Explicatio tertij Articuli. Num. 1.

Quid explicatur in tertio articulo? Resp. Mysterium Incarnationis, & Nativitatis Christi.

Quenam Catechismus de illis? Resp. Duo, primum explicat mysterium Incarnationis: secundum, proponit meditanda de illo.

De Mysterio Incarnationis. Num. 2.

Art. 1. **N**um. 10. **Q**ue differentia est inter Mysterium SS. Trinitatis, & Incarnationis? Resp. Sanctissima Trinitas in eadem

Gart. 3. natura continet tres personas. Incarnatio vero continet in **N**um. 2. eadem persona continet duas naturas.

Quia differentia est inter naturam, & personam? Resp. La-

Substantia rationalis, qualis est homo, Angelus, & Deus, semper duo considerantur: unum est persona, vel vel philosophi dicunt, suppositum, & est illud, quod in dictis substantiis operatur: unde est illud dictum philosophicum, actiones sunt suppositorum. Aliud est essentia: & potest dici illud quo persona suae exercent operationes.

Potestne declarari exemplum? Resp. Potest, in homine duo considerantur. Primum, persona, id est ipse homo, veluti Petrus, Paulus: secundum, essentia hominis, id est, anima, & corpus homo; seu Petrus est ille, qui operatur, feribit, currit, intelligit: anima, & corpus sunt illud quod talia facit.

Quo explicatur à Catech. de Mysterio Incarnationis? Resp. Sequentia.

Primum, que persona sit in Christo.

Secundum, quae natura sicut in illo.

Tertius, de unione naturarum.

Quartus, de proprietatibus, & actionibus illarum.

Quintus, de communicatione proprietatum in persona.

Sexto, de fine Incarnationis.

De persona Christi. Num. 3.

Quid est Incarnatione? Resp. Est, quod Deus factus sit **A**rt. 3. n. 1. homo, seu caro.

Natura divina in Christo est facta natura humana? **I**bid. n. 2.

Resp. Non.

Natura humana est facta natura divina? Resp. Non. **I**bidem.

In Christo reperiuntur persona, & natura? Resp. **I**bidem.

Omnino.

Quo persona sunt in Christo? Resp. Una tantum, & est **I**bidem. de fide.

Esterne hereticum in Christo duas assertere personas?

Resp. Ester.

In Christo reperiuntur persona humana? Resp. Est hereticum hoc affirmare.

In illo reperiuntur persona divina? Resp. Ita est, & est **E**x num. 2. una ex personis Sanctissime Trinitatis. **A**rt. 1.

Persons Christi est persona Patris, vel Filii, vel Spiritus sancti sancti? Resp. Non est persona Patris, neque Spiritus sancti, sed Filii.

Quomodo Christus dicitur homo, si non habet personam? **G**z.

350 *Part II. Doct. Conc & Cat.*

Ibidem.

Qua ratione resp. ait Catech. Quamvis enim naturali virid fleti non ponuerit, tamen virtus illa, qua beata Christi sui anima praedita erat, corpus, vt libuit, movebat ponens corpus vero quod jam gloriam adeptum erat, movens anima imperio faciliter patet.

Art. 5. n. 12.

Christus ascendit ut Deus, an ut homo? Resp. ait Cat. Ut homo est, in celum corpore, & anima ascendit; nam ut Deus est, nunquam ab eo absuit, ut qui divinitatem suâ loca omnia complevit.

Art. 6. n. 5.

Quibus de causa Christus ascendit in celum? Respond. Primo, quia ejus corpori gloriose non terra, sed celi domicilium conveniebat. Secundo, ut ibi apud Patrem advocati pro nobis officio fungetur. Tertio, ut ostenderet regnum suum non esse terrenum, & deficiens, sed celeste, & aeternum. Quartò, ut nos, mensu[m]e nostris ad paradisi desiderium eleveret, ac inflammatem.

Art. 6. n.

Quae utilitates ad nos ex Christi Ascensione proveniunt? Resp. Primum, spiritum sanctum in nos misit. Secundò, dum sanguinis officio advocati, infinita bona nobis obtinet. Tertio, datur nobis causa maxima letitiae, & spei, quod tanta autoritatis advocatum in celo habemamus. Quartò, portas celi aperuit, ibique nobis locum preparavit, viamque minivit, per quam illuc perveniremus. Quintò, Prophetas, & sanctos Patres in paradisum tangunt primitas generis humani introduxit. Sexto, datur nobis occasio majoris meritii circa fidem, dum in Christum non praesentem aspectui, sed absentem credimus. Septimo, confirmatur spes nostra, quod ubi est caput nostrum, ibi & nos membra esse illius ope possimus. Octavo, amor noster in celum rapitus, quia ubi est Christus thesaurus noster, ibi & cor nostrum esse debet. Nonò, mens nostra ad perfectiora erigitur; si enim Christus visibilis praesens apud nos permanisset, dum illum ut hominem apiceremus, quasi amore corporali diligenteremus: nonne autem in celo existens amorem nostrum reddidit spiritualem, & dum absentem illum cogitamus, ut Deum diligimus, & honoramus? Apostoli enim in Christo praesente magis humanitatem, in absente magis divinitatem dilexere. Decimò, per Ascensionem Christi Ecclesia magnis munib[us] est deco-

6.7.8.9.

351 *In Articulum quartum.*

ratu[m]; nam illi Spiritus sanctus, cum suis donis datus est, & Ihesus universis Ecclesiis inter homines pastorem, & summum Autustum Petrum Apostolorum Principem reliquit: Quodcum dedit Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores, Doctores, atque ita ad dexteram Patris sedens, aliis quoque diversa dona temperie impetravit: Dominum Alcepho Christi nos solum nobis viam ad celum ascendiendi patet, ac demonstravit, sed etiam vim, & virtutem illuc pervenienti nobis largita est.

De sessione Christi ad dexteram Patris.

Num. 1.

Christus manet in celo cum magno honore? Resp. *Art. 6. n. 3.* *Cum maximo.*

Quibus verbis explicatur tantus honor? Resp. tribus. *Ibidem.* Primum, sedere. Secundum, ad dexteram. Tertium, Patris omnipotentis.

Sedet significare hoc loco figuram, vel situm, vel *Ibidem.* positionem corporis Christi, itav[er] corporaliter dicatur sedere? Resp. non, quia ita sedere corporibus ob laetitudinem concedi solet: in Christi autem corpore gloriose latitudo cadere non potest.

Quid significat ergo sedere? Resp. Primum regiam, summanque potentiam ac gloriam; quia sedere apud Regem, summanque indicat dignitatem, & majestatem. Secundo indicat firmam, ac stabilem possessionem dicta potestis, ac glorie, qui enim sedet, quasi fixus, arque quietus manet; ideo sedere indicat stabilem possessionem.

Deus habet dexteram, vel sinistram? Resp. non, quia *Ibidem.* talia corporibus tribuantur, ideo cum Deus spiritus sit, illi convenire non possunt.

Cur ergo tribuit Deo? Respond. per metaphoram id *Art. 6. n. 3.* fit; scilicet cum Sacre litteræ, ut se humano capi ne commodent, Deo humana tribuunt membra, & affectiones.

Quare Christus dicitur sedere ad dexteram? Respond. ut Catech. quia in humanis rebus ei maiorem honorem tribui existimamus, qui ad dexteram colliguntur: ob id et explicandam Christi gloriam, ad dexteram sedere conseruerunt.

*ex Symb.
Athan.* convenit etiam persone illi, cuius natura est. Cum ergo persona filii sit persona cum natura divina, cum humana, sequitur quod quidquid convenit utriusque natura, vere persona Christi tribus potest.

*Arg. ex
Symbol.
Athan.* Potest declarari exemplo? Resp. Potest tali: corporis & anima sunt unita in persona hominis: quidquid ergo verificatur de corpore, vel de anima hominis, quatenus de illius natura sunt, potest de homine verificari: ideo si corpus dicitur mortuum, vel infirmum, vel claudum, homo talis esse dicunt. Idem in aliis.

De fine Incarnationis. Num. 8.

Art. 2. n. 3. Quid est finis Incarnationis? Resp. Primum, collere infinitam vim peccati: Secundo, reconciliare hominem Deo, seu filios hominum, & liberare illum a misericordia, in quas propter peccatum incurrit: Tertio, ut nos homines filii Dei renascatur.

De Christi Conceptione. Num. 9.

*Arg. art. 1.
Num. 1. 2.
Ec.* Differuntur Incarnationis, & Conceptionis? Resp. Aliqua potest assignari differentias: Incarnationis enim est humanae carnis sumpcio; conceptionis vero specifica modum, quo caro assumpta effecta est.

Filius Dei potesten dici conceptus? Resp. Potest; illa enim particula prima tertii articuli, quia, refert sic: Qui Christus filius Dei conceptus est. Quidquid enim convenit naturae, perlone, ut dictum sit, tribui potest.

*Art. 3. n. 1.
Op. 4.* Quid significat hoc nomen Conceptionis? Resp. Idem, quod carnis formatio.

Art. 3. 4. Vbi formatum est caro, quam Filius Dei assumptus? Resp. In utero Virginis.

Ex quamam re Christi corpus formatum est? Resp. Ex purissimo Virginis matris sanguine.

Ibid. Eadem communem omnium hominum corporibus, ut ex matris sanguine formetur? Resp. Est.

Quando formatum est Christi corpus? Resp. Statim ac Beata Virgo dixit: Ecce ancilla Domini, &c.

Ibid. Quanto tempori spatio formatum est? Resp. In instanti.

Hoc corpori quando anima unita fuit? Resp. In eodem instanti, in quo fuit formatum.

Natura humana in illo instanti fuitne perfecta? Resp. Ita est.

In eodem instanti divinitas fuitne coniuncta, cum *Ibidem*. anima, cum corpori Christi? Resp. Fuit.

Christus in illo instanti potuisse dici perfectus Deus, *Ibidem*. & perfectus homo? Resp. Fuit.

In illo instanti B. Virgo potuisse dici Mater Dei, & ho- *Ibidem*. minis? Resp. Potuit, quia in illo momento Deum, & ho- minem concepit.

Anima Christi in illo instanti daeane fuit summa pte. *Ibidem*. nitudo gratiae, & Spiritus sancti? Resp. Data est, ita ut de cius plenitudine nos accipiamus.

Cujus virtute Christi conceptione effecta est? Resp. *Vit. Art. 1. n. 1.* tunc Spiritus sancti.

Solus Spiritus sanctus Christi conceptionem estre ope. *Art. 1. n. 1.* ratus? Resp. Non solus, sed tota Trinitas. Opera enim Dei ad extra toti Trinitati communis sunt: licet enim solus Filius humananaturam assumperit, tamen Pater, Filius, & Spiritus sanctus, authores illius fuerint.

Cur ergo tribuuntur Spiritui sancto? Resp. Quia Incar. *Art. 1. n. 1.* natio immensam Dei erga nos benignitatem, & amorem declarat: ideo Spiritui sancto, qui Amor est, & cui adscribitur bonitas, attribui debet.

Conceptionis Christi fuitne naturalis, aut supernaturalis? *Art. 3.* Resp. Fuit utroque modo.

Quare naturalis? Resp. Quia de purissimo sanguine *Num. 4.* maris caro formatam est.

Quonodo supernaturalis? Resp. Primum, corpus Christi *Ibidem*, in instanti formatum est, quod naturaliter, sine multo tempore non contingit: secundum, in eodem instanti anima fuit illi unita: tertio tunc virginitate caro Christi formatam est: quartu, Divinitas corporis, & animae unita fuit: quintu, opera Spiritus sancti illa omnia effecta fuit.

De Christi nativitate temporalis. Num. 10.

Christus estne natus ex Maria Virgine? Resp. Ita docetur in *Symbolo*, & Evangelio.

Hoc nativitas fuitne naturalis? Resp. Non, sed super- *Art. 1. n. 3.* naturalis.

Qua ratione? Resp. Quia salva Mariæ virginitate Christus *Ibidem*. natus natus est.

Maria fuitne semper Virgo? Resp. Perpetuam & incor- *Ibid.*

rapam habuit virginitatem.

Ibidem. Quomodo hoc sit? Rely. Spiritus sancti virtus ita illi affuit, ut illi secunditatem dederit, & perpetuam virginitatem conservaverit.

Ibidem. Potestne hoc esse? Rely. sicut de sepulchro clauso Christus egredens est, & clavis januis ad Discipulos introivit, & sicut Solis radix per vitri substantiam ita penetravit, ut non frangant, nec ledant: ita Christus sine vilo matrem Virginitatis detrimento editus est.

Art. 3. n. 9. In hoc partu Maria potestne dici secunda Eva? Rely. Illa potest dici secunda Eva, & Christus secundus Adam.

Ibidem. Quomodo Christus est secundus Adam? Rely. Sicut in primo Adam omnes moriorunt, ita in secundo omnes renascuntur, Ille corporaliter, iste spiritualiter omnium vereditudicitor parens.

Ibidem. Quomodo Maria dicitur secunda Eva? Rely. Eva mortis, Maria vita auctrix fuit: per Eam nascimur filii nostri, per Mariam accipimus Christum, per quem filii gratie regeneramur. Eva vita corporalis: Maria, spiritualis mater est. Eva cum dolore, Maria cum Virginitate, & cum summa letitia peperit.

Art. 3. n. 10. Quae figura Christi nativitatem praenunciarunt? Rely. Primum porta sanctorum, quam Ezechiel clausam videt: secundum, lapis de monte sine manibus absclitus, ut est apud Danielen, qui factus est magnus mons, & implevit universam terram: tertium, virga Aaron, que una inter virginis Principum Iudaicis germinavit: quartum, Rubus quem Moyes vidit ardere, & non combuti.

Meditanda circa mysterium Incarnationis.

Num. 11.

Art. 2. & 3. Quid fidèles debent facere circa mysterium Incarnationis confundendum, arque colendum? Rely. Quædam intellectu, quadam voluntate facere debent.

Art. 2. Quid intellectu? Rely. considerare primum, infinitam pectus vim: secundum, inexplicabilia bona, tum animæ, tum corporis, que homo propter peccatum amisit: tertio, quantum, & qualia mala virtus neque propter illud incurrit: deum in immensam hominum misericordiam: quartu, admirari infinitam remedij virtutem, & dignitatem: quinto, contemplari dicti

remedii qualitatem, nempe, quid sit Incarnationis, Concepcionis, Nativitas filii Dei: sexto, infinita commoda & utilitates, quæ ad nos tali remedio proveniunt: septimo, obsequentes tantum Filii Dei exanimacionem, & humiliacionem, & alia.

Quid voluntaria? Rely. Primò, laudare, & magnificare *Ibidem.* hac Dei opera mirabilia: secundò, de tantis beneficiis gratias agere: tertio, tradete nos rotos Deo, sicut Deus le rotum tradidit nobis: quartu, imitari Christum humiliando nos, qui scimus a deo humiliavit: quintu obediere Deo, magna pati & facere pro illo, considerando quanta ille prius pro nobis fecit: sexto, toto corde diligere Deum, qui a deo dilexit nos, ut filium suum virginitatem daret pro nobis: septimè, nonquam offendere Deum, quia tam benignum, & beneficium Deum offendere, summa, & execrabilis impietas est.

Explicatio IV. Articuli. Num. 1.

Quid explicatur in quarto articulo? Rely. Opus Redemptionis. *Art. 5. n. 1.*

Art. 4. n. 10.

Quoniam opere positissimum Christus redemit nos; *ibidem.* *Sc.*

Passione & sanguinis effusione.

Quæ differentia est inter mysticum Incarnationis, & Redempcionis? Rely. Redemptio est veluti finis Incarnationis: Christus enim factus est homo, ut redimet nos.

De triplici officio Christi. Num. 2.

Quætriplex est officium, vel munus Christi? Rely. *Art. 7.* Triplicem; primum est manus Redemptoris, & hoc Num. 5. dum in terris fuit, præcipue in passione peregit: secundum est advocati, & hoc in celo modo pro nobis exercetur: tertium Iudicis, & hoc in fine mundi gloriabitur. Primum explicatur in quarto, & quinto articulis. Secundum in sexto. Tertium in septimo. Primum ponit fundamenta Redempcionis, & inchoat illam. Secundum auget, & perficit in hac vita. Tertium consummabit illam in futura.

De opere Redempcionis. Num. 3.

Quid est redimere? Rely. Est à servitute, & especcitate, *C. T. 6. 1.* cap. 1. & miseria liberare.

Homo erat captivus? Rely. Erat, tum peccati, tum mortis, tum diaboli.

Ibidem. Christus redemeire nos ab omni captivitate? Resp. Ab omni.

Sess. 6. n. 1. Quanam ratione potissimum redemit nos à tyrannide? & captivitate, & miseria peccati? Respondio. Passione, & morte.

Art. 5. n. 12. & 13. ros. Quanam à tyrannide diaboli? Resp. Descensu ad infernum.

Quanam à morte? Resp. Resurrectione.

Divisio traditionis de Passione. Num. 4.

Quae explicat Catech. circa articulum quartum? Resp. Tristia. Primo, verba articuli declarat. Secundò, causas passionis explicat. Tertiò, quid de illa docendum, & meditandum sit, proponit.

Explicatio verborum articuli. Num. 5.

Quot verba sunt in articulo quarto? Resp. Quinque, quoniam explicat circumstantias judicis, & temporis, tempeste illud, sive Ponito Pilato: reliqua declarant, quid in Passionem Christi factum sit.

Art. 4. n. 3. Cur exprimit sub quo Praeside passus sit? Resp. Primum, quia actio, vel passio summe infignis sine circumstantia temporis exprimenda non erat: secundò, ut explicetur quod genibus ad crucifigendum, sicut ipse dixit, traditus est.

Art. 4. n. 1. Quanam verba expriment passionem? Resp. Ista, passus, crucifixus, mortuus, sepultus.

Ibidem. Quid exprimit illud verbum, passus? Resp. Omnes Christi tristiones & passiones.

Art. 4. n. 4. Quid crucifixus? Resp. Genus supplicij specificat.

Art. 4. n. 6. Quid mortuus? Resp. Mortem fecutam esse ostendit.

Ibid. n. 2. Quid sepultus? Resp. Confirmat mortem per sepulturam.

De Christi crucifixione. Num. 6.

Art. 4. Num. 4. **C**um Christus voluit crucifi? Resp. Ait Catech. divino consilio factum est. Primo, ut vnde mors vobebatur inde vita resuleret, & qui in ligno vincet, in ligno quoque vincetur. Secundò, quia hoc genus mortis erat summa ignominiae; & ideo ad majorem humiliacionem, & peccati destructionem accommodatum,

De

De morte & sepultura Christi. Num. 7.

Quid est mors? Respond. Est separatio animæ à corpore.

Quare Christus dicitur mortuus? Resp. Quia ejus anima à corpore separata est.

Divinitas fuisse separata ab anima? Resp. Non.

Fuisse separata à corpore? Resp. Non. *Ibidem.*

Christus, ut Deus, an ut homo mortuus est? Resp. Vtho. *Num. 9.* mo, non ut D. us.

Quomodo ergo verè dicitur quod Deus passus, mortuus, & sepultus est? Resp. si de natura sermo sit, sola humana passa est; sed quia, ut dictum fuit, proprietates virilium naturæ personæ Verbi conveniunt, haec autem persona vero Deus est; efficit ut respectu personæ, cui attribuuntur omnia quia in natura homina facta sunt, verè dicatur, **D**eus est passus, mortuus, & sepultus: sicut enim cum moritur corpus, non dicitur quod anima mortua sit: & tamen homo verè mortuus peribetur, ita & de perso- na Christi dicendum est.

Propter quid Christus mortuus est? Resp. ut vinceret mortem, & nobis vitam daret.

Cur fit mentio de sepultura? Resp. ut magis confieme- tur, quod mortuus sit.

Corpus Christi in sepulchro passumne est corruptio- nem? Resp. Propheta ait, nullam.

De materia Passionis Christi, id est de eo, in quo Passio effecta est. Num. 8.

Quid est materia Passionis Christi? Resp. Illud, in quo Christus recepta est.

In quo fuit recepta? Resp. ait Cat. tum in anima, tum in corpore.

Vnde habetur quod anima passa sit? Resp. Quia Christus dixit, **T**ristis es anima mea usque ad mortem.

Quanam pars animæ passa est, superior, an inferior? *Art. 4. n. 2.* Resp. Catechismus ait, inferior.

Quomodo naturæ humana personæ divine unita ponitur? *Ibidem.* pars? Resp. Per talen unionem proprietates humanæ na- turæ sublatæ non sunt.

Y

342 Pars II. Doct. Conc. & Cat.

Artic. 4.

Num. 11.

Num. 7.

Artic. 4.

Num. 2.

Ibidem.

Artic. 4.

Num. 1.

&c.

Artic. 4.

Num. 13.

Num. 2.

&c. 23.

Artic. 4.

Artic. 4.

De efficien^e Passioⁿ Christi. Num. 9.

Quinam fuerunt autores, & effectores passionis Christi? Resp. Primo, Deus Pater pro nobis tradidit illum : secundo ipsemet Christus pro nobis animam suam posuit, & tale genus mortis elegit, & oblatus est, quia voluit. 3. Gentiles illius mortis autores fuerunt. 4. Iudei magis. 5. Iudas cum prodidit. 6. Petrus cum negavit. 7. certi omnes deseruerunt, atque ita totus mundus in mortem Christi conspiravit videtur.

Quid impulsi Christum, ut supplicium Crucis subierit? Resp. peccata hominum.

Qui fuerunt autores, & ministri mortis Christi? Resp. Illimi^{ne} peccatores, pro quorum salute Christus patiebatur.

De forma, seu modo Passioⁿ Christi.

Num. 10.

Quot possunt considerari circa formam, & modum, quo Christus passus est? Resp. Multa: Primo, acerbitas Passioⁿ: 2. indignitas respectu eius qui patiebatur: 3. indignitas respectu illorum qui ministri illius fuerunt: 4. immensa charitas, qua Christus passus est: 5. infinitus dolor dicti passionis: 6. quod hæc passio omnium virtutum perfectissimum est exemplum.

De acerbitate Passioⁿ Christi. Num. 11.

Quomodo posset considerari quanta fuerit acerbitas Passioⁿ Christi? Resp. Examinando extensionem, & intensiōnem dolorum, & passionum illius.

Quoniam extensio? Resp. Primo cum corpus, tum anima passa sunt. In corpore qualibet pars passa est: pedes, & manus, clavis cruci affixa; caput, spinis compunctum, & arundine percussum; facies spuriis fædata, & alapis casata; totum corpus flagellis verberatum est: Secundò anima, & quoad omnes sensu passa est, viuis vidit horribilia, auditus audivit ignominias, gustus expensis est felis amaritudinem, tactus vbique perpeccus est: Tertiò passio fuit diuturna, & mors crucis prolixior: passiones Christi extendebat. Quarti, hæc passio ad multa loca, ad varios iudices, Reges, & ministros extensa est.

Quid potest considerari: circa intensiōnem? Resp. potest probari quod facit maxima propria ex effectu, quia si sola cogitatio, & passionis representatio adeo Christum affi-

In Articulum quartum. 343

xit, vt facta sit in illo sutor, velut guta sanguinis decurrentis in terram, quid fieri in reali passione? Secundò corpus Christi fuit perfectius, & temperatus quam aliorum hominum corpora, ideo actionem quoque leniens vim habuit: Tertiò anima Christi fuit omnium nobilissima, & innocentissima, item & purissimum corpus illius; ideo ignominias, & irrisiones cum maiori affliction^e patiebatur. Quarto exteris sanctis in tormentis sapientissime Deus solamen, & lacrimam immittiebat: at Christus Calicem amarissime passionis nulla suavitate permixta temperavit.

De circumstantiis, que passionis acerbitatē augebantur.

Num. 12.

Quæ circumstantiæ augebant passionis acerbitatē? Ar. 4. n. 13.
11. 12. 1. 1. Resp. Primo persona, quæ patiebatur, Creator Domini, nus, Rex gloria, Filius Dei, Propheta, Sacerdos, Rex: Secundò, pro quibus patiebatur, pro servis, inimicis, peccatoribus: Tertiò, a quibus patiebatur, nempe ab omni gente, & ordine hominum, denum ab illis pro quorum salute patiebatur: Quarto, cum modis, & circumstantiis loci, temporis, sociorum, & similibus, summa ignoratiōnem præse ferentibus: & quis ista poterit explicare?

Quoniam passio Christi omnium virtutum magistra sit.

Num. 13.

Passio Christi est magistra omnium virtutum: Resp. Ar. 4. n. 13. est, nam patientiam, & humilitatem, & charitatem exerciam, & mansuetudinem, & obedientiam, & summatam animi constantiam, paupertatem etiam, & alia ita in summo gradu opere ipso declaravit, ut talis passio summa Christi predicatio ad vivum relata dicenda videatur.

De valore Passioⁿ Christi. Num. 14.

Passio Christi quanti valoris fuit? Resp. Infini^d. Cor tanti? Resp. Primo, quia persona Christi erat Ar. 4. n. 14. infinita, tota autem passio dicitur persona tribuenda: Et 15. id est ab illa recipit infinitatem: Secundò, in Christo quædam ratione erat gratia infinita, per quem passio ipsa in infinitum gratia Deo reddebat; ideo valoris erat infiniti: tantus est enim valor rei, quanti res estimatur, & grata ex ea: Pallio autem Christi in infinito Deo gratissimum fuit.

¶ 2

344 Pars 11. Doct. Conc. & Cat.

Ar. 4. n. 11. Passio Christi estne sufficiens ad iustificare, & perfectare, & cum summo rigore justitiae satisfaciendum pro peccatis totius mundi? Resp. omnino.

Ibidem. Estne sufficiens merita pro omnibus hominibus vitam eternam? Resp. Ita est.

Ibidem. Quomodo potest sumum satisfacere, & mereri? Resp. primum, quod Christus in cruce pro nobis obtulit debitis nostris, non solum patet, & æquale fuit, verum etiam ea longè superaret; ideo prope debitum solvit, convenit illi satisfactione: propterea plus dedit, meritus illi conveniens est.

De fine passionis Christi. Num. 15.

Ar. 4. n. 11. Vis est finis passionis Christi? Resp. est producere illos effectus, ad quos passio est ordinata.

Ibidem. Ad quos effectus est ordinata? Resp. aliqui sunt respectu Dei, alii respectu hominum, & alii respectu diaboli, mortis, atque peccati.

Ar. 4. n. 11. Quos effectus facit respectu Dei? Resp. Primum dat summa laudem, & gloriam illi. Secundum, facit pro peccatis, & offendit illi illatis. Tertium reddit gratias pro collatis beneficiis. Quartum nova imperat ab illo beneficia.

Quid facit contra peccatum, mortem, & diabolum? Resp. destruit illa, & tyrannidem illorum.

De fructu passionis Christi erga homines. Num. 16.

Ar. 4. n. 4. Quæ commoda ex passione Christi hominibus proveniunt? n. Primum liberat nos à peccatis. Secundum eripit à diabolico levitatem, atque tyrannie. Tertium praenam peccatis nostris debitam per solvit. Quartu Deo Patri nos reconciliavit, illique pro peccatis nostris satisfecit, & illum placarum nobis reddidit. Quinto meruit nobis vitam æternam, & paradisi janua per illam nobis aperita fuit.

De applicatione passionis Christi. & ejus necessitate.

Num. 17.

Sess. 6. c. 3. Christus ne pro omnibus hominibus mortuus est? Resp. pro omnibus.

Omnibus homines per Christi mortem salvi sunt? Resp. non; infideles enim, heretici, & mali Christiani, per illam salutem non consequentur.

Ibidem. Cur hoc? Resp. quia beneficium passionis Christi dictum non communicatur.

In Articulum quartum. 345

Cur non communicatur? Resp. quia meritum passionis *Ibidem.*, illis non applicatur.

Hæc applicatio estne omnino necessaria? Resp. omni- *Ibidem.*, no, de illa enim ita ait Concilium: Verum esti ille pro omnibus mortuus es, non tamen omnes beneficium mortis eius accipiunt, sed ijdumtaxat, quibus meritum passionis eius communicatur.

Cur D. n. vult hanc applicationem esse necessariam? *Ar. ibid.* R. spes rei natura ita requirit: Medicina enim non debet prodeesse infirmo, cui non applicatur.

Deus estne paratus illam omnibus applicare? Resp. non *Sess. 6. c. 5.* solum paratus, sed rogat.

Cur to hominibus non applicatur? Resp. ex culpa ipso. *Ibidem.* cum sit.

In quo est hæc culpa? Resp. quia nolunt facere quod debent, ut illis applicetur.

De modo obtainendi applicationem passionis.

Num. 18.

*Q*uid debet fieri, ut dicta obtaineat applicatio? *Sess. 6. c. 5.* Resp. Duo, unum est accedere ad Sacraenta: aliud *G. 6.* est preparare seipsum, tum ad sacramenta, tum ad dictam applicationem suscipiendam.

Quare oportet accedere ad sacramenta? Resp. quia sunt *B. & 14.* media, per quæ passio Christi hominibus applicatur.

In quo consistit preparatio, quæ dicta est? Resp. in fide, spes, charitate, & penitentia.

Quæ ratione? Resp. Primum oportet credere, quod passio *Ar. 4. n. 14.* Christi habet avim, si sit applicata, faciendo quod dictum *Sess. 6. c. 6.* est; & credere quod applicatur per sacramenta: Secundum sperare quod talam applicationem obtinebit, si cum Dei auxilio preparatus accedit: Tertijs velle diligere Deum, & odio habere peccatum.

Hæc preparatio estne necessaria? Resp. In adultis omnino necessaria est. *Sess. 6. c. 5.*

De exercitatione circa passionem Christi.

Num. 19.

*Q*uid debent facere Parochi, confessores, & concionatores circa passionem Christi? Resp. debent summa diligentia conari, ut inducent fideles ad se excendendum circa passionem Christi ut, modò dicatur.

Fideles quid facere debent? Resp. aliquid debent præ-

X

state: primò in intellectu: secundò in voluntate: tertiò in corpore, & sensu.

Art. 4. n. 1. 3. Quid in intellectu: Resp. primò, intuitu infinitam vim peccati, & inexplicabiles miseras ex illo emanantes: secundò, ceterò sibi persuadere, quod meritum passionis Christi est unicum remedium peccati, & miseriarum illius: tertio, contemplari qualitatem, ac beatitudinem, & circumstantias passionis: & pricipiū quis est ille, qui paritur: quando, considerare necessitatem, & modum applicationis: quinto, reelevitatem preparacionis ad illam: sexto, in his omnibus, infinitam Dei misericordiam, & bonitatem admirari.

Art. 4. n. 1. 1. Quid debet facere voluntas: Resp. primò, debet summo odio profungi peccatum: secundò, summo amore diligere Christum, a quo tantum, & tale remedium nobis collatum est: tertio, procurare applicationem disti remediis: ideo ad sacramenta cum preparacione accedere: quarto, quotidie frequentius in corde memoriam passionis retinere: quinto, meditando passionem, omnes virtutes in illa ad discere: sexto, in tentationibus recurrere ad illam, ut illius virtute victor evaderi possit.

Art. 5. n. 1. 2. Quid debet facere sensus: Resp. aliquid quotidie pari in memoriam passionis Christi, veluti in sumendo cibo, pota, vestitu, labore, & similibus.

Explicatio Articuli quinti.

De descensu Christi ad inferos. Num. 1.

Nidem. Vid per inferos significatur: Resp. Non sepulchrum, vt quidam impie opinari sunt, sed loca, & receptacula animarum, quae infra testam abilita sunt.

Nidem. n. 3. Quid, & quos sunt dicta loca: Resp. Primum datur insimus, & tertiinus, & obscurissimus carcer, qui infernos, & abyssus, & gehenna appellantur, ubi demones, & damnata igne crucia sunt: Secundò, purgatorium, in quo per ignem animas piorum ad definitum tempus expiantur, & de hoc Scriptura, Apostolico Traditione, & Concilio silem faciunt. Tertiò, sinus Abraha, ubi ante Christi Adventum animæ sanctorum excipiebantur, ibique sine viro doloris sensu quieta habitatione proper spem futuræ redemptiois fruebantur. Aliqui Doctores addunt quartum, id est, locum ubi pueri sue baptisimo ante vsum rationis

descendentes excipiuntur; sed de hoc Catechismus nihil proponit.

Ad quem locum Christus descendit: Resp. Ad finum *Art. 4. n. 1.* *Abraha.*

Quid descendit, anima, an corpus, an divinitas: Resp. *Art. 5. n. 1.* non descendit corpus, quia mansit in sepulchro: non dei- *Art. 5. n. 5.* cendit proprie loquendo divinitas, quia hæc ubique est: *n. 4. & n. 5.* Anima autem Christi est illa, que descendit.

Hæc anima descendit tantum virtute, seu potentia, *Ibidem.* an potius verè, & realiter? Respond. Reali praesentia descendit.

Potest dici, quod Christus ad inferos descendit: Resp. *Art. 5. n. 1.* potest, quia quidquid anima, vel corpori Christi tribuitur, illud persone ipsius tribuendum est.

Dum corpus Christi fuit in sepulchro, & anima in finum *Ibidem.* Abraha, potest dici, quod eadem Christi persona apud inferos fuerit, & in sepulchro iaceverit: Resp. potest, quia persona Christi nunquam ab anima, vel corpore etiam in triduo mortis separata est.

Divinitas fuit separata ab anima, vel corpore in triduo *Ibid.* mortis? Resp. non.

Minutus de sanctitate, vel potestate Christi quod ad *Art. 5. n. 5.* inferos descendit? Resp. non minutus, sed auxilium: Christus enim non ut captivus, sed ut vicit, ac inter mortuos liber, alioisque liberatores descendit.

Quando anima Christi descendit? Resp. postquam à *Art. 5. n. 1.* corpore egressa est.

Quandiu ibi mansit? Resp. Deum corpus eiusdem in *Art. 5. n. 6.* sepulchro fuit.

Propter quid Christus ad inferos descendit? Respond. Primum ut crebris demonum spoliis animas SS. Patrum è finu Abraha liberaret, ut secum in celum p.duceret: secundò ut suam etiam apud inferos ostenderet potestem.

Quid apud inferos fecit Christus? Resp. præter dicta sic ait Catechismus: statim illius aspectus clarissimam lucem captivis attulit, coruque animas immensa luxit, gaudioque implevit: quibus etiam optatissimum beatitudinem, quæ in Dei visione consistit, impertivis fuit: quo factò id comprobatum est, quod Ieronimi promiserat illis verbis: *Hodie mecum eris in Paradiſo.*

Ibidem.

Porta Paradisi fueruntne aperte alicui antequam Christus moreretur, ac resurgere? Resp. Non, sed omnes vel in sinu Abraham, vel in pugnato detinebantur.

*De Resurrectione Christi. Num. 2.**Art. 5. n. 7.*

Quid est resurrectionis? Resp. est redditus animae ad corporis, a quo illa fuerat separata.

Ibidem.

Resurrectionis dicitur de anima, an de Corpore Christi?

Art. 5. n. 1.

Resp. de corpore, quia hoc solum fuit mortuum, & ideo

num. 2.

per animam unione, ad vitam revocatum.

Art. 5. n. 6.

Potest dici quod Christus resurrexit? Resp. potest: quia quod tribuitus corpori Christi, & ipsi Christo tribuere opus est.

Ibidem.

Quomodo Christus resurrexit? Resp. per hoc quod iterum anima corpori unita est.

Art. 5. n. 8.

Qua virtute resurrexit? Resp. non aliena, ut alii, sed propria virtute, quod in Christo proprium est.

Ibidem.

Quomodo Christus potuit seipsum ad vitam revocare? Resp. divina vis tum corpori in sepulchro, tum anima apud inferos existenti coniuncta fuit, per quam & anima potuit ad corpus redire, & corpus anima coniungi.

Ibidem.

Nonne aliquando Scriptura dicunt, Christum à Patre suscitatum fuisse? Resp. Catech. ait: Christus ut homo à Patre dicitur suscitatus, ut verò Deus est, seipsum suscitat.

Art. 5. n. 10.

Quando Christus resurrexit? Resp. tercia die postquam mortuus est.

Ibidem. n. 1.

Ita tres dies fueruntne integri, & completi? Resp. secundus fuit completus, aliis non.

Ibidem.

In quo die resurrexit? Resp. in Dominico, sed summo mane.

Ibidem.

Quomodo fuit tercia die, si ante ottum solis diu Dominico resurrexit? Resp. Diei computatio incipit à media nocte ad medianam noctem; cum ergo mortuus sit die Veneris hora nona, per reliquum illius diei mortuus maneat, similiter per rotum diem Sabbathi; post medianam verò noctem Dominicus dies incipiebat; ideo in tercia die facta est resurrexio.

Ibidem.

Cum tercia die resurrexit? Resp. ait Catech. Ut Christus solum divinitatem declararet, Resurrectionem ad finem seculi differre noluit; ut verò homo credossetur, non sta-

tum post mortem, sed tercia die revixit: quod temporis spatium ad veram mortem comprobandum, facit esse videatur.

O quas causas Christus resurrexit? Resp. Primo, quia *Art. 5. n. 11.*

Julius erat, ut Christus resurrectione exaltaretur, qui

morte, & passione fuerat humiliatus. Secundo, ut fides

nostra consumaretur, quod resurrectione potissimum fit.

Tertio, ut fides nobis resurgendi tradiceretur. Quartu, ut la-

luis, & Redemptiois nostra mysterium absolvetur;

Christus enim sua morte nos à peccatis liberavit; resur-

gens verò praincipia nobis bona restituit, que peccando

amiseramus.

Que visitates ex Christi resurrectione ad nos prove- *Art. 5. n.*
nunt? Resp. Primo, intellectus noster illuminatur, ut *13. & 14.*

Christi divinitatem cognoscit, & credit. Secundo, Christi

resurrectione nostra resurrectionis causa fuit. Tertio, per

illam docemur, qua ratione spirituali peccatis mortien-

do, cum Christo ad novam vitam resurgentem debemus.

Quarto, docet nos, ut postquam mortui sumus peccatis, in

vita innocentia perseveremus, quia Christus resurgens,

jam non meritur, & mors illi ultra non dominabitur.

Quinto, non solum docet perseveranciam, sed vim præber-

perverandi.

Qua signa sunt spiritualis resurrectionis? Resp. vnum,

lapere celestia: aliud, despiciere terrena.

Explicatio Articuli sexti. De Ascensione Christi.

Num. 1.

Christus antequam ascensit in celum, complevit *Art. 6. n. 2.*

opus, & mystrium nostra Redemptionis: Resp. Redond.

complevit, quia in passione pro nobis plenè fratre-

cit.

Completa fuit excepitio dictæ redemptionis: Resp. *Ibidem.*

non, sed multa tum à Christo, sum à nobis supererant fa- *Art. 1. n. 1.*
cienda, ut hominis redemptio perficeretur.

Quid faciendum erat Christo? Resp. officium tum in- *Art. 6. n. 2.*

dicis, tum advocaci: id est ascendit in celum, ut advocati

manus pro nobis adimpleret.

Qua virtute Christus ascendit? Resp. non aliena, ut *Art. 7. n. 1.*

Helias, & alii, sed propria virtute ascensit.

Hac virtus fuitne Christi, ut Deus est, aut ut homo? *Ibidem.*

Resp. fuit etiam ut homo.

334 Pars II. Doct. Conc. & Cat.

nam humanam, ut habent alij homines? Resp. Ut dicatur homo, sufficit habere naturam hominis.

De duplice natura in Christo, divina, & humana.

Num. 4.

Art. 3. n. 4. Christus habet naturam, & personam? Resp. Vtrum.

Ibidem. Quicque habet, ut dictum est.

Sicut habet unam personam, habet etiam unam naturam? Resp. Est hoc hereticum in Christo unam tantum naturam affirmare.

Sym. A. b. Quot habet naturas? Resp. Duas, divinam, & humanam.

Cat. ar. 1. Num. 9. Quomodo Christus est unus, si habet duas naturas? Resp. Est unus, qui unam habet personam, nam sicut anima rationalis & caro unus est homo: ita Deus, & homo unus est Christus.

Sym. A. b. Quomodo natura divina in Christo est? Resp. Essentia, seu natura divina in tribus personis divinis, & tres personae divinae in essentia, & Deitate sunt: cum ergo persona Christi sit divina, in illo natura divina erit.

Art. 3. n. 1. 2. Quomodo in Christo natura humana est? R. Resp. Quia persona divina Christi illam assumpsit.

Ibidem. Quinam ratione assumpsit? Respond. Persona Filii Dei in Christo facta est persona illius naturae humanae, que in eodem Christo est; id est, illud quod facit persona humana in natura hominis apud omnes homines, illud facit persona Filii in natura hominis, que ab illo assumpta est.

Ex Sym. A. b. ar. 3. Quomodo Filius assumpsit naturam humanam? Resp. ad personam divinam, id est, fecit ut natura humana personam Filii divinam haberet.

2. n. 9. *De unione naturarum in Christo.*

Num. 5.

Art. 2. n. 1. Persona Filii est una natura humana ab illo assumpta? Resp. Ita est, quia persona semper unita est illi naturae, cuius persona est.

In Christo natura humana, & divina sunt simul unita? Resp. Ita est.

Art. 3. n. 2. Quia ratione? Resp. Hec unio duplice modo potest considerari; primum sic, quia simili sunt natura divina & humana in persona Christi, efficitur ut in eadem persona unita sunt; secundum sic, ut intelligatur, quod in Christo natura

In Articulum tertium.

335

divina, naturae humanae quadammodo unita sit. Exempl. Ex Symbo, plura sit in homine, anima & corpus duplicit habent Athanasius, unionem, una unio est in persona hominis, alia est inter animam & corpus, quia anima ipsi corpori modo quodam particulariter communicata est.

Catechismus docet naturam divinam, & humanam *Art. 1. n. 9.*, in Christo esse unitas, quia virtus in unam convenit & *art. 3.* personam? R. Resp. dicitur.

Explicatio plenitudinem spiritus Dei speciali ratione, *Art. 3. n. 4.* in natura humana à Christo assumpta inesse, reperi, communicari? Resp. Explicat, id est, Christus non est datum spiritus ad membrorum, sicut aliis hominibus: sed data est illi plenitudo spiritus, ita ut nos de eius plenitudine accipimus.

De proprietatibus naturarum in Christo. Num. 6.

*N*atura divina in Christo sussine retinuit proprietas, *Art. 3. n. 1.* & operationes? Resp. Recinitur.

Idem dicendum est de humana? Resp. Idem. *Ibidem.*

Quae sunt proprietates naturae divinae? Resp. Quid in illo natura humana, invenita, infinita, immortalis, creatrix, gubernatrix, & alia multa.

Quae sunt proprietates naturae humanae? Respond.

Quod sit finita, creata, mortalis, &c.

Potestne dici, quod natura divina in Christo sit creata, *Art. 3.* vel finita? Resp. Non.

Potestne dici quod in illo natura humana sit infinita, *Art. 3.* & increata? Resp. Non.

Cur non? Resp. Quia unitas naturarum in Christo proprietates illarum non confundit.

De communicatione proprietatum in persona Christi.

Num. 7.

*O*mnes proprietates, & actiones naturae divinae conveniunt per se in persona Christi? Resp. convenient.

*O*mnes proprietates, & actiones naturae humanae à Christo assumptae, convenienter personae Christi? Resp.

Ita est.

Omnia attributa naturae divinae & humanae possuntne *Ibidem.* attribui persona Christi? Resp. Possunt.

Christus potestne dici Deus homo, Creator, mortuus, *Ibidem.* & alia? Resp. Potest.

Quomodo est hoc? Resp. Quidquid convenit naturae, *Arg. ibid.*

352 Pars II. Doct. Conc. & Cat.

Ibidem.

Cum dicunt Patris, & omnipotens? Respond. Ut significetur causa tantæ glorie, cum quia est Filius, cum quia est illius Patris, qui insinuat potentiam, & manifestat habet; cum enim sit Filius heres universorum, quanta est gloria Patris, tanta & Filii maiestas confitenda est.

Explicatio Articuli septimi. De iudicio Christi.
Num. 1.

Ar. 7. n. 2. Christus exercet officium Iudicis? Resp. non solum Redemptoris, & advocati, sed etiam judicis officium habet.

Art. 7. Quid circa iudicium Christi debet considerari? Resp. primum de iudice; secundum de iudicio; tertium de sententia iudicis; quartus de visitatione, quæ ex dicto iudicio accipi posse.

Ibidem. Quis est judex vivorum, & mortuorum? Resp. Christus.

Christus est Iudex, ut Deus, an ut homo? Resp. ut Catech. Sacra litteræ declarant, quod non solum vi Deus, sed etiam vi homo, à Deo Iudex est constitutus.

Art. 7. n. 3. Non potestas iudicandi omnibus personis sanctæ Trinitatis communis est? Resp. Est sed præcipue tribuitur Filio, ea ratione, quia ipsi quoque sapienter tribuitur.

Art. 6. 7. Cum possimmo Christo, etiam vi homo est, officium datum est iudicandi? Resp. Primum, decebat ut judex hominum corporis oculis posset videri, & eius sententia omnibus petcipi, & omnino quod iudicium illud sensibile esset. Secundum, iustissimum erat, ut Christus, qui ut homo inquis honiū sententias condemnatus huius, omnium deinde iudex ab omnibus consiperetur.

Ar. 7. n. 2. Quando Christus hoc iudicium exercet? Resp. in seculo adventu, & in fine mundi.

Ibidem. Quoniamplex adventus Christi? Resp. duplex, unus est cùm carne in assumptis & homo factus est, secundus cùm ad indicandos homines in fine mundi veniens est: primum misericordia, secundus iustitia tribui debet.

Art. 6. n. 3. Quoniamplex est iudicium Christi? Resp. duplex, vacum privatum, & sic cùm vacuisque nostris migrat ē virtus statim cām ad tribunal Christi sūtūr, ut de actibus eorū

In Articulum septimum. 353

dis, oris & operis rationem reddat; alterum publicum, quod in fine mundi, uno die, uno in loco, omnibus hominibus praesertim, & spectantibus, quid in æternum de singulari sit futurum, determinabit.

Ar. 7. n. 4.

Quibus de causis hoc iudicium universale futurum est? Resp. Primum, quia exempla, opera, & doctrina multorum vel ville, vel dannum efficiunt; ideo ante finem mundi premiū, vel pœna illis decerni non poterat: parentes enim filios, doctores liberos, magistri discipulos, & alij alios successivè sui imitatores relinquunt: vnde quædam ratione, vel boni, vel mali futuri causa sunt. Secundum, per universale iudicium latentes fanæ multorum piorum, quæ iniuste fuit offensa, & à multis auferetur gloria illis injuste data; fine enim publico, & universalis hominorum convenit hoc fieri posse non videbarat. Tertiū, quia iustum est, ut sicut corpora fuerint confortia laborum, & virtutis ac virtutis, ita esse præmij, ac pœnæ: convenientes fuit, ut animæ corpora reassemperent, & post hoc virtus præmia, & pœnae decernerentur. Quartū, quia Deus nunc viderit aliqua permittere, quæ diuinæ iustitiae, & providentia minus videntur convenire, veluti quod impij pacificè vivant, & divites aliquique bonis abundent; iusti vero affliti & pauperes sint: æquum erat, ut coram omnibus summa Dei iustitia atque providentia declaratur, quod in generali iudicio optime sit. Quinto, optimæ ratione à Deo factum est, ut hominibus finale iudicium cum præmis, & pœnis modò proponatur; sic enim pīj recenterunt, impīj tenent, iusti in virtute confirmantur, mali à peccato meū penitentia detercentur.

Ar. 7. n. 7. Quoniam signa generale iudicium præcedunt? Resp. ex Sacerdoti litteris habetur quod haec tria.

Primum, prædicatio Evangelij per universum orbem. Secundum, Missio, id est, divisio inter gentes, & populos, seu discessio a fide.

Tertiū, Antichristus: Hæc tria cùm fuerint, præpote esse generale iudicium indicabunt.

Qualem, & quomodo Christus pro iustis sententiam *Ar. 7. n. 8.* feret? Resp. sic. Christus latet oculis pios à dextra stanates innuit, ita de illis iudicium somnia cum benignitate pronunciabit: *Venite benedicti Patri mei,* possidete Re-

354 Pars II. Doct. Conc. & Cat.

gnum, quod paratum est vobis à confusione mundi.
Quid hoc iudicandus?

Ar. 7.n.4. Et quale iudicium in impios erit? Resp. ad hos qui à
falsa fiducia, Christus convertitus suam iustitiam in eos
effundit, his verbis: *Disecedite à me maledicti in ignem
eternum, qui paratus es Diabolo, & Angelis eius.*

Ibidem. Hoc sententia quidnam malum continet? Resp. Primum
penam danni. Secundum, penam sensus.

Ibidem. Quid est pena danni? Resp. Est carentia omnis boni, &
principiū divinae visionis.

Ibidem. Quae verba explicant penam danni? Resp. Illa, *Dise-
dit à me & illa, Maledicti! Deus enim ait, Disecede à
me, ostendit aversiōnēm à Deo, separatiōnē, & catena-
tiōnē visionis illius; absentia enim non videmus. Cū
verò dicit, maledicti, declarat quod Deus non solum erit
illis non amicos, sed iniuriosos; non solum non facer illis
bona, sed faciat mala; non solum non diligit, sed odio ha-
bebit: Maledicere enim Dei est malum non solum dicere,
sed facere.*

Ar. 7.n.10. Quid est pena sensus? Resp. est illa, quæ corporis per-
cipit sensu, via verberibus, & flagellis contingit: sed
principiū ignis tormenta summi doloris sensum efficeret
folent.

Quibus verbis explicatur pena sensus? Resp. Primum illo
verbio, *in ignem, secundò illo, eternum. Tertio illo, qui
paratus es Diabolo, & Angelis eius.*

Primum declarat maximam peccatum. Secundum maxi-
mam durationem. Tertium, terrores crudelissimos, &
summè infernos.

Ar. 7.n.11. Quae utilitas oritur ex consideratione iudicij? Resp.
Primo cohiber homines à peccatis, & frenat pravas
animi cupiditates. Secundò, iusti ad virtutem maximè
incitantur, cum per illam videm tanta bona oblinieri, &
tanta mala vitari. Tertio, misericordie juvat ad perferendas
miseras, & injuras, & columnias iustitiae illatas. Confo-
latur enim quod in tali iudicio omne occulatum manife-
stum coram omnibus fieri. Et unicuique quod suum est,
tribueretur.

In Articulum octavum.

355

Explicatio tertie partis symboli.

DE quanam se agitur in tercia parte Symboli? Resp. *Cat. n.1.*
Primo, de Spiritu sancto, qui est caput, & fons omni-
nis nostra sanctitatis. Secundò, de Ecclesia, quæ a Spiritu n.3.
sancto sancti hi. aut, & regunt. Tertiò, de quibusdam bo-
nis, quæ per Spiritum sanctum Ecclesie collocata sunt.

Quid debet considerari de Spiritu sancti? Resp. Primo, *Art.6.n.1.*
de nomine ipsius. Secundò, de persona. Tertiò, de pro-
cessione illius à Patre, & à Filio. Quartò, de effectibus,
qui ab ipso procedunt.

Explicatio Articuli Octavi.

De nomine Spiritus sancti. Num. 1.

Quibz convenit hac vox, *Spiritus?* Resp. convenit *Art.8.n.2.*
Quaripue animabus iustorum, Angelis, & Deo.

Singulis persona Trinitatis, nempt Pater, & Filius, & *Ibidem.*
Spiritus sanctus, postulat dici *Spiritus*, & *Sanctus*? Resp.
possunt, quia Deus spiritus est. Item *Sanctus* est.

In articulo octavo quomodo accipitur ista vox, *Spiri-
tus sanctus?* Resp. pro tercia persona Sanctissima Trini-
tatis.

Hoc nomen conveniente illi? Resp. omnino, quia spi-
ritualem vitam in nos infundit, & toni Ecclesie fons, &
caput est sanctitatis.

Quare Spiritus sancto nomen proprium sicut Patri, & *Ibid. n.3.*
Filio attributum non est? Resp. quia processione, quæ Spi-
ritus sanctus à Patre, & à Filio originem habet, proprium
nomen affligendum non est.

Cur non est affligendum? Resp. quia illa actio, quæ Pater, *Ibid. n.3.*
& Filius producent spiritum sanctum in humanis non
reputant; ideo à rebus creatis proprium nomen desum
non posset, sed communū vocabulo utriusque necesse est.

Cur Patri, & Filio proprium nomen est tributum? Resp. *Ibid.*
quia Pater per generationem producit Filium, generatio
autem in humanis reperitur, & generanti nomen Patris,
genito nomen Filii impositum est.

De persona Spiritus sancti. Num. 2.

Spiritus sanctus est Deus? Resp. omnino, quod ac *Art.1.n.4.*
Pater, & Filius; & *Cat.* per scripturas evidenter quod
ita probat, & est de fidei.

In octavo articulo explicatur quod Deus sit? Resp. ex. *Ar.9.n.11.*
plicatur per illud verbum, *In,*

356 Pars II. Doct. Conc. & Cat.

Ar. 9. n. 22. Qua ratione? Resp. credere in, excepto Deo, nulli vel personae creatae potest convenire; ideo qui credit in Spiritum sanctum, facetur illum esse Deum: octauum autem articulus habet, *Credo in Spiritum sanctum.*

Cap. 1. n. 4. Spiritus sanctus est una ex divinis personis? Resp. est, nempe tercia: Pater enim est prima, Filius secunda, Spiritus sanctus tercia.

Pref. ar. 7. Cetera persona est? Resp. propter originem, quia enim à Patre originem habet Filius, & à Filio ac Pace Spiritus sanctus, propter hanc originem, ut supra dictum est, dicitur quod Pater est prima persona, Filius secunda, Spiritus sanctus tercia.

Art. 8. n. 4. Propter hoc estne aliqua inæqualitas, ita ut Spiritus sanctus sit minor, aut posterior Patre ac Filio? Resp. nulla est omnino.

De processione Spiritus sancti. Num. 9.

Art. 8. n. 3. Quid significat hoc nomen, Processio? Resp. Significat quod aliquid ab alio deducitionem, vel emanationem, vel originem habeat.

Ibidem. Quot sunt in Deo emanationes, vel processiones? Resp. duas, una per intellectum, & dicuntur generatio, & per haec producuntur Filius à Patre: alia per voluntatem, & haec proprium nomen non habet, sed congrue nomine dicuntur spiratio, vel processio, & per hanc Spiritus sanctus à Patre, & à Filio procedit.

Art. 8. n. 8. Catechismus quid docet de hac processione? Resp. sit, in hac Deus seipsum totum vi amoris communicat, id est, in processione, qua sit in Deo, per intellectum Deus communica se totum: per modum Verbi: in hac autem communicat se totum per modum Amoris, quia producit Spiritum sanctum qui Amor est.

Art. 8. n. 9. Quodnam est principium, à quo ista processio emana? Resp. Pater, & filius, qui considerantur tanquam unum principium illud, non tanquam duo.

Art. 8. n. 1. Per quam potentiam Pater, & Filius producunt Spiritum sanctum? Resp. per voluntatem amore inflammatum.

Ibidem. Qua ratione producunt? Resp. per modum amoris, id est, eo modo, quo amor à voluntate productus est, non eo quo Verbum ab intellectu produci solet.

In Articulum octauum. 357

Quis producere? Resp. Spiritus sanctus, qui est idem *Ar. 6. n. 10.* plenus & per charitatis amorem à Parte, & Filio procedens, genitorum, & genitum, eterno quece indissolubili vinculo inter se connectens.

De effectibus Spiritus sancti. Num. 4.

Spiritus sanctus producere aliquos effectus in nos? *Art. 8. n. 7.* Resp. producit.

Dicuntur effectus spiritus sancti? Resp. Dicuntur, & *Ibidem.* illi ut proprii tribuuntur.

Dicuntur effectus à tota Trinitate productione sunt? Resp. *Ibidem.* est, quia opera omnia, quae Deus extra se facit, toti Trinitati communia sunt.

Cur ergo præcipue spiritui sancto appropriantur? Resp. *Ibidem.* quia spiritus sanctus est amor divinus, & bonitas illi à sacris literis appropriatur, & tanquam petrensis fons beatitudinis; ideo effectus qui divina voluntate veluti amore inflammat in nos proficiuntur, recte spiritui sancto quadam ratione appropriari debent.

Omnia bona, & beneficia à Deo accepta, tanquam à spiritui sancto data cognoscere debent? Resp. ita est, unde spiritus sanctus donum appellatur.

Cur dicitur donum? Resp. quia summus Dei in nos *Ibidem.* amor efficit, ut beneficia nobis collata benignè, & graviè, & abique spe remuneracionis tribuantur.

Quis differentia est inter spiritum sanctum, & effectus *Ibidem.* illius? Resp. illa qua est inter creatorem, & creaturam.

Nonne aliquando effectus, vel dona spiritus sancti dicuntur spiritus sanctus, veluti dicitur spiritus sapientia, &c. Resp. ait Catech. dicuntur, & etenim dona spiritus sancti ab eodem spiritu tanquam finitum ab infinito sunt diffingenda.

Quis sunt isti effectus? Resp. primus est vita spiritualis; *Ar. 6. n. 8.* ideo in symbolo Niceno dicitur spiritus vivificans: facit enim, ut anima in Deo conjuncta sit, ut quodam modo quod via sit, vita Dei dici possit.

Secondus est, quod omnia beneficia Dei, gratitudo nobis data munera, dona spiritus sancti vocari possunt.

Tertius, septem dona spiritus sancti, nempe charitess, sapientia, &c., maximum cumulum beneficiorum collectum habent.

Quartus, gratia justificans effectus Spiritus sancti est, & hanc sequitur comitatus virtutum, per illam efficiuntur participes divine naturae, ideo per eandem filii Dei non olim nominari, sed vera sumus.

Art. 8. n. 1. Quæ utilitas homini provenit ex hac cognitione? Resp. Primum, humiliatus homo considerando se esse fontem misericordie, & omnia bona, quæ habet, ab hoc Spiritu sancto obtinuisse. Secundum, erigitus (per viam tam benigno datore omnia bona speret, petat, & obtingat. Tertium, provocatur ad summum in Deum amorem; tunc enim beneficium rem diligere solum est.

Explicatio articuli Neni.

De sancta Ecclesia Catholica. Num. 1.

Quartus post articulum de Spiritu sancto, ponitur articulus de Ecclesia: Rsp. quia Ecclesia pendet à Spiritu sancto, à quo regitur, vivificatur, & sanctificatur.

Artic. 8. In quot partes dividitur articulus de Ecclesia? Resp. in duas, i.e. prima agitur de Ecclesia, in secunda de communione Sanctorum.

De necessitate cognoscendi Ecclesiam.

Num. 4.

Esene necessarium, ut omnes Ecclesiam cognoscant? Resp. ait Cat. cum Ecclesia ab omnibus parendum sit, necesse est ut à singulis cognoscatur.

Estne necessarium, ut explicetur fidelibus quamnam sit vera Ecclesia? Resp. Est, quia harterci multa mendacia de Ecclesia dissimularunt, & ideo vera doctrina de illa tradenda est.

Artic. 9. Qui paratus est credere Ecclesiam, potestne esse harterci? *Num. 1.* Resp. Non potest.

De significacione huius nominis Ecclesia.

Num. 1.

Ibid. n. 2. **E**cclæsa est nomen Latinum? Resp. Non, sed Graecum est.

Quid significat? Resp. Evocationem, & à scriptoribus accipitur pro consilio, & concione, seu pro multitudine, quæ simul vixit sit.

Ibidem. Ecclesia accipitur pro bona tantum, an etiam pro mala hominum multitudine? Resp. Aliquando Scriptura

accipit hanc vocem Ecclesia, pro mala hominum vultu in fidelium multitudine, sed ordinariè, pro populo, & congregatione fidelium, & Christianorum accipi solet.

Ante Christi adventum fidelis populus quomodo voca- *Art. 9. n. 3.*

batur? Resp. Synagoga.

Cur hoc? Resp. Quia Synagoga, significat multitudinem *Ibidem.* vnitam. Hæc autem etiam animalibus convenit; ideo ille populus significabatur tanquam pecudum more congregatus.

Cur Christianus populus dicitur Ecclesia? Resp. Vt *Ibidem.* ostendatur, quod à Deo ad coelestia, & divina vocatur sit.

Ecclesiæ vox accipitur semper in Scripturis pro vni- *Artic. 9.* verta fidelium multitudine? Resp. Non; sed aliquando ac *Num. 10.* cipitur pro sola parte fidelium, veluti vnius civitatis: vnde Apostolus vocat Ecclesiam Corinthi congregationem fidelium, qui ibi erat.

Quando Ecclesia accipitur pro universa fidelium multitudine? Resp. præcipue cum apponitur hæc vox, Catho- *Num. 16.* lica: veluti, *Credo sanctam Ecclesiam Catholicam.*

Quid significat hæc vox *Catholicam?* Resp. Idem quod *Ibidem.* universalis.

De variis nominibus Ecclesiae Catholicae. Num. 4.

Ecclæsa haberet plura nomina? Resp. habet: primò enim dicitur domus, & ædificium Dei: secundò, columna, & firmamentum veritatis: tertio, grec onium Christi: quarto, sponsa Christi: quinto, corpus Christi mysticum.

De partibus Ecclesiae. Num. 5.

In quot partes Ecclesia divisa est? Resp. In duas. Vna *Num. 5.* dicitur Triumphantum, & est Beatorum qui de Mundo, Carne, & Diabolo triumpharunt. Alia dicitur Militans, & est hominum vixitorum, qui cum Mundo, Carne, & Diabolo bellum habent.

Illi qui sunt in Purgatorio in quamam parte Ecclesia, sunt? Resp. Doctores, fideles in Purgatorio penas huentes appellant Ecclesiam satisfacentem, & sunt medi inter Ecclesiam Militantem, à qua recedunt, & Triumphantem, ad quam accedunt.

Ecclesia Triumphantia, & Militans sunt duæ, an una Ecclesia? Resp. Vnaturam; ex veraque enim tanquam ex duabus partibus una Ecclesia sit. Triumphantia enim præcessit, Militans sequitur, ut cum illa conjugatur.

Quid sit Ecclesia militans. Num. 6.

Num. 11.

Num. 12.

Illa pars Ecclesie, quæ dicitur Militans, quomodo de- finitur? Resp. sic. Est populus fidelis per universum qui- dem orbem terrarum dispersus, sed tamen sub eodem ca- pite invisibili Christo, & viibili Romano Pontifice coa- dunatus.

De membris Ecclesie. Num. 7.

Num. 7.

Num. 8.

Quam dicuntur esse membra Ecclesie? Resp. Fideles, Boni, & mali homines, modò sunt fideles, suntne membra Ecclesie? Resp. sunt, sed diversa ratione.

Ibidem.

Quænam est hac diversitas? Resp. Boni, id est, qui in gra- tia Dei sunt, membra viva esse dicuntur: mali in peccato mortali constituti membra mortua appellantur.

Num. 9.

Quænam ab Ecclesia excluduntur? Resp. primò infideles, qui nequam fidem Christi suscepérunt: secundò, here- tici, & schismati, qui à suscepta fide defecerunt: tertio, excommunicati, qui à communione Ecclesie exclusi sunt.

Ibidem.

Ministri Ecclesie in peccato constituti suaro resurgent potestatem? Resp. Resinent, quia verè membra Ecclesie sunt.

De Capite Ecclesie. Num. 8.

Art. 9.

Num. 10.

Num. 11.

13. & 13.

Eccliesia habet caput? Respond. Habet, unum invisibile, quod est Christus: unum visibile, quod est Romanus Pontifex.

Cum caput visibile à Christo Ecclesia traditum est? Respondo, ob triplicem rationem: prima est, quia membris visibilibus, id est, fidelibus, & corpori visibili, quod est Ecclesia, caput visibile conveniebat: secunda, quia rara hominum multitudine tam longè, lateque diffusa absque unitate visibilis capitis uniti non valebat: tertia, quia hunc Christus est Sacramentorum author, & invisibilis, ac in- timus probator: & tamen homines externos Sacramentorum ministros institui, qui in persona sua illa conferant: ita ipse Ecclesia invisibile caput, & intimus rex; ex-

stens eidem hominem sue potestatis Vicarium, & Mini- strum præficit.

Quid est esse caput Ecclesie? Resp. Est habere potesta- tem in illam, & esse rectorem illius; talia enim caput ha- bet in membra sua.

Quis primus post Christum fuit caput Ecclesie? Resp. Ibidem. Iacobus Petrus.

A quoniam fuit institutus in caput illius? Resp. A Christo, cuius Vicarius fuit.

Quando? Resp. cum illi oves suas pascendas amplissimis verbis commendavat. Iohann. 21.

Quare Romanus Pontifex est caput visibile Ecclesie? Resp. Quia est successor Petri.

Quare est successor Petri? Resp. Quia sedet in cathedra Romana, in qua Petrus usque ad mortem sedet; ille enim Ar. 9. succedit Petru, qui succedit in cathedra, in qua Petrus, Ibidem. dum sedet, mortuus est. Ita etiam Eccliesie, & Platensis super cathedralm Moysi sedete à Christo dicti sunt.

Cum successor Petri est Vicarius Christi, & caput Ec- chiesie? Resp. Quia Christus Petrum reliquit Vicarium suum successoribus. Ibidem.

De proprietatibus Ecclesie. Num. 9.

Quam sunt proprietates Ecclesie? Resp. Istae quā- tuor: prima quod sit una: secunda, quod sit sancta: tercia, quod sit Catholica: quarta, quod sit Apolo- ligica.

De unitate Ecclesie. Num. 10.

Quomodo Ecclesia est una? Resp. Primum est una, quia Q habet unum caput invisibile Christum, visibile Ro- manum Pontificem: secundò, unus est Spiritus, qui regit, & sanctificat Ecclesiam, & se habet ad illam sicut anima ad corpus, cui unita est: tertio quia in Ecclesia est eadem fides, Deus idem, idem Baptisma, eadem lex, & Sa- cramenta, & Sacrificium idem.

De sanctitate Ecclesie. Num. 11.

Va ratione Ecclesia dicitur Sancta? Resp. Primum, quia Ecclesia est Deo dedicata, & consecrata: que autem divino cultui sunt adscripta, ut vasa, vestes, & altaria, sancta sunt: nec definit esse sancta, quia multis conti- net peccatores; quia sicut illi, qui artem aliquam pro-

fitentur, licet præcepta artis non servent, tamen artificis retinent nomen: ita illi, qui fide, & Baptismo Christo sunt confeccati, licet in multis offendant, & quæ polliciti sunt, non præfent: tamen fideles, & sancti, quia Christi membra sunt, vocari possunt. Secundò, dicitur sancta respectu capitis sui, id est, Christi, qui fons est sanctuaris, & à quo spiritus in Ecclesiam effulgit, et cum donis suis ideo quilibet fidelis ut est membrum Christi, sanctus vocari potest. Tertiò, dicitur sancta respectu eorum, que in Ecclesia reperiuntur, ipsa enim est corpus Christi mysticum, ipsa sanguine Christi asperga est, in ipsa est lex sancta, sanctum Sacrificium, sancta Sacra menta, demum quicunque sanctus est, extra hanc Ecclesiam esse non potest.

Quomodo Ecclesia sit Apostolica. Num. 12.

Num. 16.

Quinam fideles ad Ecclesiam pertinent, & membra illius sunt? Resp. Omnes, qui ab Adam in hanc usque diem fuerint, quive futuri sunt, quamdiu mundus exabit, veram fidem proferentes, sive illi sunt Barbari, aut Scydi, sive liberi, sive servi.

Ibidem:

Qua ratione Ecclesia dicitur Catholica? Resp. Primo, quia omnes continent fideles, ut dictum est: Secundò, quia omnes, qui salutem æternam conseruent, in hanc Ecclesiam, ut ingrediantur necesse est: sicut enim tempore diluvii extra Arcam Noë nulla era salus, ita extra Ecclesiam nemini salus esse potest.

Quomodo Ecclesia sit Apostolica. Num. 13.

*Art. 9.
Num. 1.*

Quomodo dicitur Apostolica? scilicet. Primo, quia fundata est super fundamenta Apostolorum, & Prophetarum: Secundò, quia doctrina, quam doceat Ecclesia, non est recens, neque nunc primatum orta, sed ab Apostolis jam olim tradita, & per orbem terrarum disseminata usque nunc in Ecclesia est conservata. Tertiò, quia Spiritus sanctus primum quidem Apostolis tributus est, deinde vero semper in Ecclesia mansit, ideo vero Apostolica appellatur.

Quod Ecclesia errare non possit. Num. 14.

Ibid. n. 18.

Eccllesia potest errare? scilicet, cum à Spiritu sancto gubernetur, in fide, ac morum disciplina traxenda errare non potest: quod idem etiam de Romano Pontifice, ut Chilili Vicario, est aliterendum.

De obligatione fidelium erga Ecclesiam. Num. 15.

Quam obligationem habent fideles erga Ecclesiam, & se. scilicet. Rom. Ponit, qui caput illius est? Resp. duplēcē: vnam credendi his, quæ ab illa determinata, vel approbata sunt.

Secundò, obediendi præceptis, quæ ab illa data sunt.

Fideles tenentur credere Ecclesiam esse: Resp. Omnes, est enim articulus fidei.

Quomodo est articulus fidei, cum fides sit eorum que non videntur, Ecclesia autem res sit omnibus patens, & manifesta? Resp. Ecclesia quidem, id est, fidelium congregatio, res visibilis est; sed mysteria, que in illa continentur, sola fidei concipi possunt; ideo articulus fidei esse potest.

Quare in octavo articulo dicitur: *Credo in Spiritum sanctum, in nono vero, non dicitur: Credo in sanctam Ecclesiam, sed Credo sanctam Ecclesiam?* Resp. Quia credere in, sibi Deo, & ultimo fini, non autem Ecclesia, vel creature alijs convenire potest.

Quæ mysteria sunt in Ecclesia, quæ credi debent? Resp. Primo, in ea sunt claves Regni celorum, nempe potest remittendi peccata, excommunicandi, corpus Christi consecrandi, & alia.

De figuris, & Prophetiis Ecclesia. Num. 16.

In veteri Testamento præcesserunt aliquæ figuræ de Ecclesia? Resp. præcesserunt potissimum due. Una est arca Noë, in qua salus, extra quam mors erat in diluvio: ita qui sunt in Ecclesia baptizati, possunt salvari: altera illam nemini est salus. Altera fuit civitas Hierosolam, in qua sola era Sacrificium, & Dic veri culus. Ita etiam in sola Ecclesia est verum Sacrificium, & verus Dei culus.

Prophetæ loquuntur sunt de Ecclesia? Resp. ait Catech, testis D. Augustino, Prophetæ planius, & apertius de Ecclesia, quam de Christo loquuntur sunt: cum in eo multo plures errate, ac decipi posse, quam in Incarnationis Sacramenta providerent. Deus enim significabat per Prophetas non defuturos impios, qui ad similitudinem hereticos Catholicos, & falsam Ecclesiam veram affimarentur.

De communione Sanctorum. Num. 17.

Art. 9.

Quid significat haec dictio, *Communio*? Resp. Societatem, & participationem quandam.

Num. 23.

Ibidem.

Quare post fandam Ecclesiam ponitur Sanctorum communio? R. Primo, quia haec communio ab unitate provenit Ecclesia. Secundo, quia per illam quodam modo explicatur quid sit Ecclesia. Tertio, quia dicta societas est veluti finis Ecclesie. Fides enim, & membra Ecclesie omnia faciunt, ut in hanc societatem recipiantur, & in illa constantissime ulque in finem perseverent.

Ibidem.

Num. 24.

Quomodo communio ab unitate Ecclesie procedit? Respondemus, ait Catechismus, Unicas Spiritus, a quo Ecclesia regitur, efficit, ut quidquid in ea collatum est, communiue sit.

Ibidem.

Quoniam est materia hujus communionis? Resp. Bona que sunt in Ecclesia: sicut enim bona alicuius familie communia sunt, ita cum Ecclesia sit tanquam una Christi familia, omnia illius bona communia erunt.

Ar. 9.n.24

Quae sunt ista bona communia? Resp. Primo: Sacramenta, quibus veluti sacris vinculis fideles connectantur Christo ut capiti, & quorum fructus universi fidelibus communis est. In Baptismo autem magna est communio, quia omnes fideles illud idem recipiunt: perfectissima autem communio est in Eucaristia, in qua fideles Christo maxime uniti sunt, & ideo ejus sumptio appellatur communio. Secundo, communes sunt omnes bona operationes, que per sancte a quo cunque fidei suscipiuntur, juxta illud: *Particeps ego sum omnium timentium te*. Ideo jejunia, orationes, & alia pia opera fidelium, ad hanc communionem pertinente dicenda sunt. Tertio, gratiae gratis date, veluti scientia, propheta, donum linguarum, & miraculorum, ad bonum commune Ecclesie concessa sunt, Deinde ait Cat. Nihil verè à Christiano homine possidetur, quod sibi cum ceteris omnibus commune esse existimat non sit.

Ar. 9.n.25

Potest haec communio explicari similitudine? Respondeo, Potest. Corpus enim humanum hanc in membris indicat communicationem, in hoc enim corpore multa sunt membra, quae tamen unum corpus efficiunt: secundò, singula membra suum proprium munus habent, suntque dif-

ferentia in gradu honoris, dignitatis, & utilitatis; & tamen singula cum suas exequuntur operationes, non propriam utilitatem, sed totius corporis communis propositum habent: tertio, dicta membra ita sunt inter se connecta, ut si unum dolore afficiatur, certa ob natura cognationem, & consensem condoleant, si vero bene affectum sit, communis sit omnibus ille jacunditas sensus. Ita igitur se habet Ecclesia: in ipsa enim quasi diversa membra sunt, non solidi diversi nationes Iudeorum, & Gentium, diversi status, ut liberi, ac servi, pauperes, ac divites, sed etiam sunt diversa ministeria, ut Apostoli, & Doctores, Superiores & subditi, à quibus tamen omnibus cum iam dicta communione unum corpus sub Christo capite constitutum est.

Quinam fruuntur dictis bonis, & participant de iam explicita communione? Resp. Illi, qui in gratia, & charitate, & amicitia Dei sunt constituti.

Cur hoc? Resp. quia sunt membra viva, & in corpore talium membrorum communio est.

Qui sunt in corpore mortali quid habent de hac communione? Respondeo: Tales, cum sint membra mortua, fructus communionis spiritualem, qui ad pios, & justos homines pervenit, non percipiunt; aliqua tamen illis utilitas, & communio concessa est. Primo enim non definit esse membra Ecclesie, licet mortua sint. Secundo, à iustis, qui spiritu viuunt, ad amissam gratiam recuperandam adjuvantur. Tertio, capiunt aliquos alios fructus, quibus certi qui ab Ecclesia praecisi sunt, veluti exhortationes, bona exempla, correctiones, & alia. Quartò, Gratiae gratis datae peccatoribus quoque communes esse possunt.

Explicatio Articuli decimi. De remissione peccatorum.

Num. 1.

Practi debent docere populos hunc articulum de remissione peccatorum: Resp. ait Catech. Ob duplum causam illis incumbit necessitas hoc faciendi: prima est, quia talis remissio est res ad salutem maximè necessaria; secunda, quia Christus in particulari dixit, oportere in nomine ipius praedicari penitentiam, & remissionem peccatorum.

366 Pars II. Doct. Conc. & Cat.

Quæ debent considerari circa hanc remissionem? Resp. Quantum: primum, materia, id est, illud quod remittitur, scilicet peccatum: secundum, forma, id est, modus, quo sit remissio: tertium, efficiens: quartum, finis.

De peccato, seu materia remissionis. Num. 3.

Ar. 9. n. 2.

De penit.

Nom. 14.

Ex Concl.

Jeff. 9.

Ar. 18. n. 5.

Q^uiam est materia remissionis peccatorum? Resp. Peccatum, & ipse peccator.

Quomodo peccatum est illius materia? Resp. sicut ligna, qua ab igne comburuntur, sunt materia combustionis: ita peccata que remittuntur, remissionis materia sunt.

Quomodo peccator materia est? Resp. sicut peccator, qui absoluuntur a peccatis, materia est abolitionis: ita & remissionis peccatorum materia est.

Quodnam peccatum remitti potest? Resp. omne, nullo penitus excepto, etiam gravissimum.

Cui peccatori peccata remitti possunt? Resp. cuicunq; que quantumvis improbo, & scelesto, modis erratorum suorum vere illum punitae.

Quid est peccatum? Resp. est offensa Dei, & mortale est offensa gravis, veniale levis.

Quis est eff. illius peccati mortalis? Resp. private hominem merito Christi & gratia Dei.

Quanam considerantur in peccato? Resp. primum, culpa secundum, pena aeterna: tertium, pena temporalis.

De remissione. Num. 3.

Ar. 10. n. 8.

Ibidem.

Ibidem.

Op. de penit.

Nom. 23.

Ar. 1. n. 10.

Ar. 10. n. 9.

10. itid. de pen. n. 6.

Ar. 10. n. 8.

Op. 10.

Q^uid est remissio? Resp. eff. debiti relaxatio.

Homo qui peccat fit debitor Deo? Resp. fit; qui enim peccat, offendit Deum; qui autem alium in iustice offendit, fit debitor ejus, cui iuncta offensa facta est.

Quomodo remittitur offensa? Resp. ex parte ejus, qui offendit, deletur satisfactione: ex parte offensi, deletur remissione, vel relaxatione.

Remissio peccatorum fita semper mediante aliqua satisfactione? Resp. ita est.

Quanam ex se satisfactione? Resp. merito Christi; sicut enim qui debet pecuniariam furto sublatam, si illam non habens ab alio mutuo, vel dono accipiat, & reddat, creditori satisfactione: ita qui Dei gloriam violavit, si meritum Christi pro tali iniuria compensanda offerat, Deo offenso satisfaciatur.

In Articulum decimum.

367

Quomodo sit remissio ex parte Dei? Resp. sicut creditor C. T. *Jeff. 6.* accepta pecunia sibi debita debitum remittit atque relaxat, *can. 7.* & Deus facit.

Quanam re formaliter sit remissio peccati? Resp. Gracia

Dei.

Quia ratione? Resp. peccatum cum sit offensa Dei, dicit *Ibidem.* quid Deus molestum; gratia dicit quid illi gratum; id est contraria sunt: sicut ergo, cum in animo frigida calicit, formaliter a calore frigiditas dissoluta est: ita cum in peccatore recipitur gratia, formaliter peccatum illius deletum est.

Adveniente gratia delectur tota culpa, & tota poena *Jeff. 14. 6. 3.* peccati? Resp. Semper delectur tota culpa, & poena aeterna: temporalis autem pena non semper tota delecta est; in Baptismo enim semper delectur tota, in penitentia vero non.

* *De causa efficienti remissionis peccatorum.*

Nom. 4.

Q^uiam efficient remissionem peccatorum? Resp. *Ar. 10. n. 3.* Primum, Deus: secundum, Christus: tertium, ministri: quart. 5. 6. 7. 8. 9. 10. factamenta: quinto, meritorum passionis Christi.

Quomodo meritum Christi efficit hanc remissionem? *Ar. 10. n. 10.* Resp. Sicut qui pecunia dono, ab aliquo accepta satisfacit *Ar. 10. n. 3.* creditori, & per illam obtinet debiti remissionem, ita & de 4. *Jeff. 6.* merito Christi pro nobis satisfaciens dicendum est.

Quenam sacramenta efficient hanc remissionem? Resp. *Ar. 10. n. 6.* Baptismus, & Penitentia. 9. *Op. 10.*

Quomodo hoc faciunt? Resp. Applicando peccatori meritorum passionis Christi, ita ut per talem applicationem virtute etiam Sacramenti gratia in homine efficiatur.

Quis factamenta dedit talem virtutem? Resp. Christus qui alia instituit.

De potestate remittendi peccata.

Nom. 5.

Sⁱ dat remissio peccatorum, debet dari potestas illa *Ar. 10. n. 2.* Remittendi? Resp. Necesse est; semper enim effectus ab aliqua causa produci debet.

Vbinam reperitur dicta potestas? Respondemus, primum *Art. 10.* & principaliter in Deo: secundum in Christo: Tertium, in Ec. n. 2. 8. *Op. 9.* clesia.

368 Pars II. Doct. Conc. & Cat.

Ibid. n. 8. Quare principaliter est in Deo? Resp. quia peccatum est offensa Dei: remissio autem offensae propriè pertinet ad illum, qui fuit offensus, præcipue si superiore non habet.

Ibidem. Potestne declarari exemplo? Resp. Potest; solus enim creditor pecuniae potest remittere debitum illius.

Ibid. n. 9. Deus hanc potestatem dedit alicui creato naturæ? Resp. ante Christum nemini dedit.

Ibidem. Christus habuit illam? Resp. Primum omnium illam habuit, etiam ut homo: dixit enim, ut scias quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata.

Ibidem. Christus propriae autoritate remittebat peccata? Resp. Ita est.

Ibidem. Christus hanc potestatem tradidit Ecclesiæ? s. tradidit.

Ar. 10. n. 6. Ecclesia ab aliis Sacramentis potest remittere peccata? Resp. ait Cat. per sacramenta solùm, si eorum forma servetur, peccata remitti possunt. Alter enim nullum ius à peccatis solvendi Ecclesie datum est.

Ar. 10. n. 7. Quibus sacramentis fit peccatorum remissio? Resp. Baptismo, & Pœnitentia; ut dictum est.

Ibid. n. 4. Potestas remittendi peccata per Pœnitentiam quomodo appellatur? Resp. Clavis.

Ibid. n. 9. Quibus data est hac potestas? Resp. Non omnibus fidelibus, sed tantum Episcopis, & Sacerdotibus.

Ar. 10. n. 2. Sacerdotes propria autoritate remittunt peccata? Resp. Non, sed tanquam Ministri Christi, id est, in persona illius, & tanquam instrumenta ipsius.

Sacerdotes possunt ut libitum hac potestat? Resp. Non, sed secundum leges à Christo prescriptas ut debent; ideo ait Cat. Si rite, & secundum leges à Christo Domino prescriptas Sacerdotes tali potestate vitantur, verè peccata remitti credendum est.

Hac Ecclesia potestas enitè aliquibus terminis circumscripsa, vel definita? Resp. Hac potestas se extendit ad omnia peccata, nullo excepto, ad omnes omnino peccatores, & nullum circa eum illus tempus praesertim est.

De fine huius potestatis, seu remissionis peccatorum.

Num. 6.

Artic. 10. Quid est finis hujus remissionis peccatorum? Resp. Alius est respectu Dei, & Christi; aliud respectu Ecclesie, aliud respectu peccatorum.

In Articulum decimum. 369

Quis finis est respectu Dei? Resp. Manifestare suam infinitam bonitatem; posse enim sua bonitate malum infinitum, quale est peccatum, à tota sua malitia evanescere, infinitæ bonitatis signum est.

Quis respectu Christi? Resp. declarare infinitum valorem metris ipsius. Cùm enim possit satisfacere pro officiis, & debito infinito, quod infinitum valorem continet necesse est.

Quis respectu Ecclesie? Resp. decorare illam ut sponsam Christi amplissima dignitate, potestate, beneficio: secundò illam sine macula, & ruga, Deo puram, & sanctam dedicare.

Quis respectu Ecclesie? Resp. salus, & vita ipsorum per Iblid. n. 10. vnum tanti beneficij.

De usu dicta potestatis. Num. 7.

Quid debent facere fideles, ut rectè se habeant erga Art. 10. Hanc potestatem? Resp. Primo, debent estimare, quod concessio tantæ potestatis maximum, & divinum beneficium in; ideo & pro illo gratias agere debent. Secundo, sustinendum illis est, ut religiosæ effectum tantæ potestatis ad suam utilitatem convertant, hoc est frequenter ad sacramenta Pœnitentia accedant; ait enim Catech. Deus hanc potestatem dedit Ecclesiæ, ut omnes tali remedio viventur; & vix fieri potest, ut qui illo non vivit, illud contemnere non existimetur. Tertiò cavendum maximè est, ne ex tam ampla lenitate facultate, fideles vel ad peccandum faciliores, vel ad reprehendendum tardiores reddantur; hoc enim esset maximum beneficium maxima ingratitudine compenseatur.

De indulgentiis. Num. 8.

Indulgencia pertinentio ad remissionem peccatorum? D.T. 2. 9. I. Resp. Pertinet, non tamen quoad culpam, vel penam 9. 1. 5. n. 1. zeternam, sed tantum quoad penam peccati temporalem.

Quid debet considerari circa Indulgencias? Resp. Primo, ipse Indulgencia. Secundò consequatio illarum.

Quid circa Indulgencias considerandum? Resp. Materia, forma, efficiens, & finis.

Quænam est materia Indulgenciarum? Resp. Ex una parte est thesaurus Ecclesie, ex alia est pena temporalis debita peccato.

370 Pars II. Doctr. Conc. & Cat.

D.T.3.¶.q. Quoniam modo est hoc : Resp. In indulgentiis duo sunt
25.art.1. primo, applicatur thesaurus Ecclesie facienti hoc, vel
¶.5. illud, & respectu hujus materia est thesaurus applicatus;
secundum, per talen applicationem fit remissio peccarum, &
tunc illud quod remittitur pena est.
Ibidem. Quoniam pena remittitur per illas : Resp. Temporalis
tautum.

De Thesauris Ecclesie. Num. 9.

D.T.3.¶.q. Quid est taurus? Resp. est copiosissima collectio re-
25.art.1. rum preciosissimorum.
Ibidem. Quoniam tes in Ecclesia sunt preciosissimae : Resp. opera,
seu merita Christi, Beatae Virginis, & omnium Sancto-
rum.
Ibidem. Quid est thesaurus Ecclesie? Resp. est collectio disto-
rum operum, seu meritorum, seu satisfactionum.
Quid sit Indulgencia. Num. 10.

Bellar. de Indulg. Quid est Indulgencia? Resp. est applicatio thesauri Ec-
clesie pro remissione peccata temporalis debitum pec-
cate.

In quacumque remissione peccatorum, sitne applicatio
thesauri Ecclesie, tam quod culpam, quam quod penam
attentam, vel temporalem? Resp. Solum meritum Christi
applicatur ad remissionem culpe, & penae attentae: ad re-
missionem autem penae temporalis potest fieri applicatio
etiam meritorum Beatae Virginis, & Sanctorum.

De efficiente Indulgentiarum. Num. 11.

D.T.3.¶.q. Qvis potest facere Indulgencias? Resp. Ille qui thesau-
26.art.1. rum Ecclesie dispensare potest.

Ibidem. Qvis potest illum dispensare? Resp. Ille, qui habet clau-
res, & est custos illius.

Ibidem. Qvis habet dictas claves? Resp. Summus Pontifex, &
ij quibus ipse illas committit.

Art.3.2.3. Fideles possunt sibi autoritative applicare thesau-
rum Ecclesie? Resp. possunt per bona opera meriti sibi
hanc applicationem, non tamen possunt authoritative sibi
applicare.

Summus Pontifex potest applicare thesaurum Eccle-
siae vivis, & defunctis? Resp. potest.

Bellar. de Indulg. Potest relaxare penas temporales per dictam appli-
cationem vivis, & defunctis? Resp. Vivis potest relaxare

In Artic. undecimum.

371

authoritative, defunctis autem per modum suffragij.

Quoniam est hoc : Resp. Christus suo Vicario dedit *Ibidem*,
potestatem super terram, ligandi, & solvendi: illis ergo,
id est, vivis, qui sunt super terram, Pontifex potest appli-
care thesaurum Ecclesie, potest relaxare penas tem-
porales. Defunctis vero, qui non sunt super terram, potest
applicare thesaurum Ecclesie, & per talen applicationem
fauciatere pro penis temporalibus, ita ut Deus miseri-
cordies per talen applicationem relaxet penas, & hoc est
per modum suffragij.

De consequtione Indulgentiarum. Num. 11.

Videtur requiratur ad hoc, ut aliquis indulgentias conse- D.T.3.¶.q.
quatur? Resp. Primo, debet esse in gratia, quia exiliens 27.art.1. &
in peccato mortali, velut membrum mortuum, non parti-
cipat communioni Sanctorum. Secundo, debet facere om-
nia, quae à concedente Indulgentias prescripta sunt.

Explicatio Articuli XI.

De Resurrectione carnis. Num. 1.

Quid proponitur in hoc articulo? Resp. Ut credatur Art. II. n. 2.
corporum resurrectione, qua erit in finis mundi.

Cur dicitur carnis resurrectione? Resp. ut ostendatur, quod *Ibidem*,
anima est immortalis; & idem sola caro, id est, solum cor-
pus dicitur resuscitandum.

Cur ista resurrexit? Resp. ne anima separando separe. *Ibid. n. 5.*
tur à corpore, cui secundum naturam unita esse debet. ¶ 8.
que autem natura adversatur, perservare esse debent. Se-
condum ut corpora, qui fuerint confortata metinorum, vel
demoritorum, participant etiam de premis, vel penitis.
Tertio, ut homo, & ejus anima plenam habeant felicitati-
tem, que non potest haberi nisi anima corpus unitum sit:
cum enim pars a parte separata imperf. sit, anima à cor-
pore divisa perfecta esse non potest, neque plene beara.

Quinam resurgent? Resp. Omnes, omnino homines: *Artic. 2.*
ante iudicium enim omnes mortui sunt. *Num. 6.*

Eademne erit conditio resurgenciarum? Resp. Non, sed alia *art. 2. n. 11.*
erit honorum, alia malorum.

Vnde quisque in resurrectione recipiet idem proprium *Artic. 2.*
& idem numero corpus suum i. scilicet. Ita est, quia unusquisque *n. 7.*

372 Pars II. Doct. Conc. & Cat.

reddere debet rationem de eo quod feci, non in illo corpore, sed in his.

Ibid. n. 12. Corpora etiam damnatorum resurgēntem incorruptibilia resp. Religent.

Art. 11. n. 9. Habeantur omnia, quæ ad integratatem, & decentiam pertinet corporis homini? Resp. Habeantur.

Ibid. n. 9. Corpora religiuntur cum defunctibus, quos habuerunt, ita ut alia sint clauda, alia gibbosa, alia pueri, alia fenis, alia grossiora, alia graciliora, & similia? Resp. Non, sed omnia sunt perfecta, quia opera Dei perfecta sunt.

Corpora Martyrum religiuntur multata, sicut per Martirium facta sunt? Resp. Non, sed tantum remanebunt vulnera fulgurissimæ cicatrices.

Quæ erunt dotes corporum beatorum? Resp. Primo, impossibilitas: secundo, claritas: tertio, agilitas: quartio, subtilitas.

Quæ utilitas ex consideratione provenit articuli hujus? Resp. Primo, valet consolari fideles de morte eorum qui chari sunt, cogitando quod in fine mundi illa corpora mortua reviviscerent, & cum illis erint, si ejusdem meriti sunt. Secundo, consolabitur iustos, qui castigant corpus suum, vel infirmitates, misericordias, labores, & mala patiuntur in illis. Tertio, inducit ut corpora pura, & sine macula converventur, ne inter dannata existant, quibus gravissima, & eterna mala parata sunt.

Explicatio Articuli XII.

De vita eterna, seu de Beatitudine.

Num. 1.

Nam. 1. Quid continetur in ultimo articulo? Resp. Doctrina de Beatitudine.

Ibidem. Ad quid prodest hac doctrina? Resp. Ad excitandos fidèles, ut integrè opera bona efficiant; pro tanto enim premio obtinendo quilibet magous labor parvus videtur debet.

Ibidem. Quare post carnis resurrectionem vita eterna posita est? Resp. Quia post dictam resurrectionem statim iussi Beatitudinem obtainebunt.

Ibidem. Cur ultimo loco in Symbolo Beatitudo relata est? Resp. Quia ultimata est expetenda, & omnia propter illam conseqüendam sunt assumenda.

In Artic. XII.

373

De nomine Beatitudinis. Num. 2.

Beatitudo habent plura nomina? Resp. Habet, quia Num. 2. unicō nomine explicari non potest. & 4.

Quæ sunt ista nomina? Resp. Regnum Cœlorum, Regnum Iudicis, Christi, Regnum Cœlorum, Paradisi, sancta Civitas, Nova Hierusalem, Domus Pacis, & Beatitudo, & vita Eterna.

Cur Apostoli hoc potissimum nomine, Vita æterna, Num. 1. vii voluerunt? Resp. Quia sub hoc nomine maxima mysteria reposita sunt.

Hæc verba quid significant? Resp. Sicut sunt duo, ita duo significant: nempe, tum vitam, tum qualitatem vite. Num. 2.

Quid significat hoc nomen, Vita? Resp. Vita est maximum bonum, immo fundamentum omnium bonorum, & sine quo nullum bonus habetur, si de vera vita fermo sit præfens enim vita, quia miseria plena est, quodam modo mors dici potest.

In quo consistit perficiō vita? Resp. In hoc, quod homo Ibidem. perficit operetur; sanitas enim in qua posita est vis bene operandi, aliquo modo perficiō vita dici videtur.

Vbi habetur haec facultas perficiōm operandi? Resp. Ibidem. In coro, & Paradi.

Beati dicitur vita, & operationem perfectam? Num. 3. Resp. Perfectissimam.

Cur apponitur vox, eterna? Resp. Primo, ad denotandum quod in rebus terrenis, & caducis haec vita haberit non potest; in caduco enim aeternam, fundatum non habet. Secundo, ad declarandum, quod præfens vita, quæ mortem expectat, beata dici non potest, quia æterna non est; & ideo semper timorem coniunctionem habet. Tertio, ut ostendatur, quod in seculo, qui terrena despicit, & celestia diligit, beatus est. Quarto, æternitas beatæ vita declatur.

De Beatitudine, quid, & queruplex sit? Num. 3.

Beatitudo quomodo definitur? Resp. Primo sic: Est de superiorum mentis plena, & eterna aetas; & hæc Num. 3. delicium à patre cordis nostri, qui enim beatus est, plenam habet cordis, & appetit satiscatum. Secunda sic: Est omnium bonorum plena, & stabilitate possesso, & omnium mortuum perpetua liberatio. Qui enim beatus est, debet ca-

A 2

374 Pars II. Doct. Conc. & Cat.

tere omni malo, & abundare omni bono, & hæc diffinitio desumitur ab obiecto.

Num. 6. Quotuplex beatitudo? Resp. Duplex, una dicitur essentialis, alia accidentalis, & in Beatis utraque reperiatur.

De Beatitudine essentiali. Num. 4.

Num. 7. Quid est Beatitudo essentialis? Resp. Est clara visio, & plena fructu divina Essentia.

Quomodo est hoc? Resp. Deus est fons omnis bonitatis, & perfectionis; & ideo in Deo omnia bona collecta sunt, omnia mala ab eo longissimè absunt. Item in Deo est vita felicissima, ac beatissima; propterea qui Deum viderit, & illi inseparabiliter vivat, omni bono abundat, & omni malo caret, ideo beatus est.

Quæ differentia est inter visionem, & fruitionem Dei?

Resp. Visio pertinet ad intellectum, fructus ad voluntatem.

Totum cor hominis continetur in intellectu, & voluntate? Resp. Ita est.

Totum desiderium intellectus faciatur in visione Divinae essentiae? Resp. Tolum: tunc quia omnis pulchritudo in Deo collecta est, tunc quia prima, & summa venientia est.

Ibidem. Voluntas satiata est in fruitione Dei? Resp. Plenissimè, quia omnem fontem possidet bonitatis.

Num. 10. Beatus potest dici altera Dei possedit? Resp. Potest. Beatus enim possidet Deum.

Num. 7. In quo possitum constituit beatitudo essentialis? Resp. Ex D. Ioanne epist. 1. c. 3 habetur, quod in duobus possitum posita est, nempe primum quod Deum videamus sicut est: secundum quod ita simus illi coniuncti, & in illum transformati, ut veluti Di, ac similes illi simus.

De visione Divinae essentiae. Num. 4.

Num. 8. Divina Essentia potest ab intellectu creato videri? Resp. Non, sed diverso.

Quoniam est diversitas? Resp. Creatura videtur per species, ut vocant Philosophi: Deus autem per dictas species videri non potest.

Quid sunt ita species? Resp. Sunt quædam similitudines

In Articulum decimum. 375

terum, quæ cognoscenti immediatè representant rem, & sunt magis spirituales, & immateriales, quam ipsæ res, & istæ ab obiectis distantes ad cognoscendum efficaciter visio-

nem. Potestne declarari exemplo? Resp. Potest. Pictura leonis *Ibidem.* est quædam similitudo leonis, ideo, qui nunquam vidit leonem, si inspicie picturam ejus, aliquam obtinet cognitionem illius. Ita cum quis in speculo videatur inspicere rem, ideo hoc obtinet, non quia res sic in speculo, sed quia ad eam similitudo illius: si ergo mediante luce solis, similitudo equi per aërem defatur ad oculum, tunc species equi dicuntur deferti, & oculus illam videbitur.

Cur Deus non potest videri per speciem? Resp. Quia similitudo Dei non est Deus; ideo non estens in creatum & infinitum, sed creature, & finitum; ens autem infinitum non potest adequate representare infinitum. Deinde Deo nihil potest esse purius, ac simplicius, ob hoc de eo non potest dari species, quæ illo purior sit. Quid si nihil extra Deum potest illum representare, sequitur quod per speciem Deum videri non potest.

Quid requiritur ad hoc, ut intellectus beati Deum vi. *Num. 9. &* dñe possit? Resp. Duo. Primo, lumen glorie. Secundo, *10.* communicatio, seu coniunctio divinae Essentiae in anima Beati.

Quid est lumen glorie? Respondet: Est quoddam lumen supernaturale infusum in intellectu Beati, quo corroboratur, & habilitatur, ut divinam Essentiam videre possit.

Omnibus Beatis datur hoc lumen? Resp. omnibus. Vbi de eo loquitur Scriptura? Respondet. Propheta ait, *in lumine tuo videbimus lumen.*

Deus quomodo conjungit spiritibus beatis? Resp. Cat. explicitat tali exemplo: quemadmodum, air. ferrum admodum igni, ignem concipit, ita ut ignitum fiat, & ignis videatur, habet: & quæ qualitates ignis communicatas, ut calorem, & lucem; talèque existens, simile igni sit, illique coniunctissimum, tamen cum talè existat, ferrum esse non definit. Ita cum Deus, ad modum quo ignis ferro, se beato communiceat, efficiet, ut spiritus beatus Deum habeat similius coniunctionem, illique similius efficiat: & tamen quod est, esse non definit.

376 Pars secunda Doct Conc. & Cat.

Quomodo ex hac coniunctione Beatus viderit Dei essentiam? Resp. Si intellectus, per hoc quod similitudine tri illi coniungitur, ipsam rem cognoscit: cur non magis cognoscit si res eadem illi coniungitur? Et si ferrum cognoscet ignem, quando magis hoc heret, quam cum ferrum ignem cito efficit. Ita Beati, cum Deum coniunctissimum habent, illum cognoscunt, non per speciem, sed per ipsummet Deum illis coniunctum.

De fruitione divina essentie.

Num. 7.

Quid est fructus? Resp. Est: quis voluntatis, quo summa delectatione, & plena satietate in aliquo obiecto conquisierit.

Num. 8.

Hac fructus potestne reperiri in rebus terrenis? Resp. Non, talia enim voluntatem facere non possunt.

Num. 8.

In Deo reperitur? Resp. Omnis; Deus enim non

& 10. tantum Beatos, sed etiam seipsum plenissime satiat.

Quid requiritur ad hoc, ut homo Deo fruatur? Resp. quod illi coniunctissimus sit; & per hanc coniunctionem ei simillimus sit.

Onnes Beati fruuntur Deo? Respond. Fruuntur in eternum.

De beatitudine accidentalium. Num. 7.

Num. 11.

Quid est Beatitudo accidentalis? Resp. Sunt quaedam bona creata, que beatitudinem essentialem consequuntur.

Ibidem.

Quae sunt ista bona accidentalia? Resp. Primum: eterna caritatis omnium malorum & misericordiarum: ibi enim non erit neque mors, neque lugus, neque clamor. Secundum: ma-

Num. 12. ximus, & inexplicabilis gratia Beatorum; Beati enim maximum invicem honor se afficiunt. Gloriolum etiam nimis est regnare cum Christo, & vocari à Deo non servi, sed amici, fratres ac filii. Tertium, corpus ibi non affligeretur fame: sed anima coelesti convivio summa cum voluptate saturabatur. Quartum, in corpore eterni praelarissimas dores, que supradictas sunt, nempe impossibilitas, agilitas, subtilitas, claritas. Quintum, si de vestibus agatur, omnes immortalitate, & splendore amicti, & sempiternæ gloria coronata ornati erunt. Sextum quid autem de amplis, & magnificis donibus dicendum, cum in celo ipso, quod à Deo

In Artic. XII.

377

claritate videlicet illustratur: illorum sit habitat? Demum alia multa, quae explicari non posse.

Cur dicta bona non pertinet ad beatitudinem essentiae? Resp. quia haec in solo Deo possita est. Quantum enim ab essentiâ distant accidentia, tanquam & magis distant bona creata à Deo, qui bonum est inveniatur.

De merito. Num. 8.

Quibus datur haec vita beata? Respond. Illis, qui illam meruerunt.

Omnis Beati æqualem habebunt beatitudinis gradum: Resp. non, sed ubi majus fuit meritum, ibi & majus praemium adesse debet: ideo Christus dixit, in domo Patriis in mansiones multas sunt.

Quomodo quis tantam beatitudinem mereti potest? Resp. qui fide, spe & aliis bonis operibus perseveraverit, tantum bonum à Deo per ejus misericordiam consequeretur.

F I N I S.

A a 3